Thomae Sydenham Methodus curandi febres, propriis observationibus superstructa.

Contributors

Sydenham, Thomas, 1624-1689

Publication/Creation

Londini: Impensis J. Crook, 1666.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/q3s8zu46

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org














F. III 50440/A

63.B. 44 29545 Partial 11"







THOMÆ STDENHAM METHODUS CURANDI FEBRES,

Propriis Observationibus & Superstructa.

Multa egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt: multum adhuc restat operæ, multumq; restabit: neq; ulli nato post mille salla præcidetur occasio aliquid adhuc adjictendi. Seneca.



LOMDINI,

Impensis J. Crook, apud quem veneunt sub Signo Navis in Cometerio D. Pauli. MDCLXVI.

29545

Impensis J. Trook, apud quem veneunt sub Signo Narvi in Commeterio
D. Pauli, MDGLXVI.

tent



Illmo & Excellmo Domino

Domino ROBERTO BOYLE.

A 2 neu-

edif

fun

dem

me

neutiquam fugit. Est sanè quòd ego (perinde ac faciunt alii) de multis magnisq; tuis erga me meritis palàm populo commentari possem; atq; etiam grati animi specimen daturus, honoris ac cultus quo te prosequor duraturum aliquod monumentum multo verborum apparatui architectari. Atqui ejusmodii consilium (ut liberè profitear) in te tam præfidenter interpellando, ab animo meo procul abfuit. In immensas laudes tuas descendere nom institui, aut eximias animi dotes, quibus decantatissima anteriorum ætatum nomina unus exæquas (uberrimam sanè tum mihimet ipsi, tum operi meo qualicunq; honorificam

Ciunt

q; tuis i

Ipeci-

rificam præfandi materiam) edisserere. Enimvero id ipsum Tractatus à te jampridem in lucem emissi plenissimè loquuntur, nec alio tibi opus futurum est præcone, cujus subsidiaria vox nominis oratutui claritatem amplificare satagat. Quocirca tritis hisce jamą; tralatitiis præfandi argumentis ultrò repudiatis, me Tractatum hunc ideò in clientelam tuam dedisse profiteor, proptereà quòd, quemadmodum ego tuo suasu atq; instinctu hanc provinciam suscepi, ita etiam eorum quæ hic traduntur veritatem & efficaciam tute ipse, testis planè locupletissimus, experientiâ aliquoties comprobatam conspexisti; dum ad illud obse-A 3

obsequii identidem descenderes (quæ tua & quidem egregia est humanitas) ut temet in adeundis ægris meiss comitem mihi adjungeres; in qua sanè re benignum animi affectum ad honesta utcunq; sese demittentem, vell invito hujusce sæculi genio, ostendisti.

Hancitaq; tractatiunculam ut benignè accipias & nominis tui splendore illustrare digneris obnixè rogo ac obtestor; quæ etiamsi neq; mole ampla, neq; spoliis Authorum (quorum cineres per me mollitèr cubent) sit sufferta, tamen non erit, uti spero, eo nomine tibi minus grata, quippe qui inter magna quidi intersit & tumida non ignoras.

em e-

ut te-

mes

enes;

um 2-

nomi

PET DE

fferta)

(pero)

Pro

Præter Febrim hic dispiciendam, & alii sunt morbi quamplurimi, de quibus, cum ipsorum medela praxi minus idoneâ, atq; methodo, rationi (meæ saltem) adversanti niti videatur, me, quò sides tibi data liberetur, disseruisse oportebat. Sed visum suit, in ætate, quam subtiles potius speculationes quam sincera praxis exercent delectant que, hujus opusculi satum priùs experiri, quam plura temerè periclitari.

Quod superest, Vir Excellentissime, temeritatis, si quæ in hoc opere nuncupando admissa videbitur, venia impetrata, nec non eximiis tuis erga me meritis gratissimè agnitis, hujus Epistolii insti-

A 4 tuto

tuto factum est satis. Quanquam multiplici benevolentiæ nomine tibi devinctus, nunquam esse desinam

Exæ Tuæ

Servus obsequentissimus,

THO. SYDENHAM.

PRÆ-

PRÆFATIO.

olen-

Aus,

Vi Medicinæ dat operam, bæc secum ut seriò perpendat oportet. Primò, se de ægrorum vità ipsius curæ commissà rationem aliquando supremo Judici redditurum. Deinde, quicquid artis aut scientiæ Divino beneficio consecutus est, imprimis ad summi Numinis landem atque humani generis salutem esse dirigendum; indignum autem esse ut cœlestia illa dona vel avaritia, vel ambitus studio inserviant. Porrò, se non ignobilis alicujus aut contemnendi animalis curam suscepise. Ut enim humani generis pretium agnoscas, Unigenitus Dei filius

lius homo factus est, adeoque naturam assumptam suà dignatione nobilitavit. Deniq; nec se communi sorte exemptum este, sed iis dem legibus mortalitatis, iis dem casibus & ærumnis obnoxium atq; expositum, quibus alii quilibet; quo diligentiùs & quidem teneriori cum affectu, ipse planè ou comadis, ægrotantibus opem ferre conetur.

Verùm nonnulli bisce cogitationibus minimè se regi patiuntur, id quod ex eorum praxi,
ipsoq; vitæ genere satis manifestum est. Sive quòd fastu
turgidi atq; scientiæ suæ opinione inflati, ad minuta bæc
(ut quidem illis videntur) non
sine contemptu quodam negligentiùs descendant, susq; deq;
baben-

habentes quid de miseris mortalibus fiat, ipsorum cura concreditis; atq; interim de supremo Numine vel parum cogitantes vel illud forte vix agnoscere dignati: Sive quòd lucro prorsus intenti atq; inbiantes, aut gloriola cupidine abrepti, ed tantum spectant, ut ditescant ipsi, aut nescio quam nominis famam consequantur. Quicquid sit Medicos omnes, qui quidem probos & prudentes haberi volunt & esse, illud agere oportet, ut bonitatem Divinam agnoscentes primò, mox etiam implorantes, ab ea sapientiam & prosperum rerum suarum eventum expectent; atque porrò ut omni ope ac studio illuc incumbant, quo non tantum sanitatem ægrotantibus,

IM.

ma,

di.

atom!

silly.

明

ag.

tall.

may

and,

鄉

both

) poli

mak.

鄉

hell-

bus, verum & Medica quam prositentur arti certitudinem aliquanto majorem acquirant: bue nimirum experimenta sua dirigentes, ut medendi ratio locupletion & luculentior indies evadat, atq; adeo ut genus bumanum securius atque universalius illius beneficio perfruatur, etiam postquam illi fatis concesserint. Ego itaq; officii mei conscius banc methodum curandi Febres propriis observationibus superstru-Elam orbi trado. Quandoquidem enim, Deo qualibuscunque conatibus meis aspirante, visus mihi sum certiorem quandam atq; magis genuinam Febrium curandarum rationem quam quæ vulgo obtinet apprehendisse, rem gratam veræ

M de

fug.

m

adi-

77185

Mi-

10%

11

Mr.

mi-

fil.

Ast.

CHA-

16

218

veræ Medicinæ studiosis me præstiturum sum arbitratus, si eandem publici juris facerem; id quod ego liberalianimo & sincero affectu jam aggredior: Methodum verò quà utor, etsi forte rationibus minus solidis inniti ea nonnullis videatur, experientià tamen multiplici comprobatam esse certissime scio ac pronuncio. Quamvis autem pravideam extituros non paucos, qui vel ex carpendi libidine, vel superbià quà cæteros omnes contemnere atq; aspernari didicerunt, mihi vel novitatis studium, ac forte etiam absurdarum sententiarum patrocinium imputabunt, vel è contrario (si forte praxin hanc experti, commodam illam esse certama;

tamq; compererint) me nihil non vulgare sibiq; satis antea cognitum protulisse affirmabant; hand tamen deterreri me passus sum, quo minus ingenuis hominibus, & veri simul ac humani generis amantibus hasce paginas communicarem. Mea enim indoles atque ingenium illud est, ut quid nasuti isti atque fastnosi dicant vel sentiant parum admodum sim sollicitus. Sapientibus autem & probis boc dictum volo, me quidem nibil omninò quoad rerum atq; experimentorum veritatem imposuisse; omnia candide atq; ingenue elocutum. Neg; verò quicquam dubito, quin ipsi aliquando periculum facientes, suos etiam calculos buic methodo adjectu-

The

tali

gián

error

nid.

/Har

meri

11111

ni fi

unti-

sico-

done

180-

teant

den

15 011-

900=

NIT!

船

local-

n de


pert.

etipl

de-

ri sint. Interim si quid in Theorià erraverim, & veniam rogo, & melioribus judiciis me cessurum polliceor; fortassis etiam sponte meà alitèr postbac de rebus hujusmodi cogitaturus. Sicut enim aliorum erroribus non admodum succensere soleo, ita nec libet meis pertinacitèr adhærere.

TOTAL SECON carbine bair fine di ce-Ching of the Colonian



Sectio Prima.

DE

Febribus Continuis.

Uænam à me in Febrium continuarum medelâ obfervata est methodus, quò luculentiùs patescat, non abs re suturum arbitror de Principiis, è quibus Praxis nostra enascitur, pauca quædam præmittere. Id quod eò libentiùs facio, ut palàm siat Therapiam nostram non esse prorsus Empiricè institutam, sed ejusmodi quæ solidis rationum fulcris innitatur, aut saltem nobis inniti visa est.

1. Ac primò quidem adverto inordinatam illam massæ sangui-B neæ quam diathefin immutetur.

Atque in hoc negotio magis arridet latiùs & generalius Commotionis vocabulum, quam vell Fermentationis, vel Ebullitionis; quippe quod inanis λορμαχία occa-sionem præscindat, quam fortassiss istiusmodi voces (quæ etiamsi explicationem non incommodami admittant, tamen minus propria, ac nonnihil duriores nonnullis videntur) haud fatis caverent. Quamvis enim Cruoris in Febribus commotio, liquorum vegetabilium alias fermentationem, aliàs etiam ebullitionem æmuletur; non desunt nihilominus qui eandem non uno modo ab utrâque plurimum differre arbitrantur. De Fermentatione unum alterumve ab illis fumatur exemplum. Primò,

Primò, licèt fermentescentia liquida vinosam quandam indolem ita nanscisci soleant, ut spiritum ardentem ex iisdem destillatio eliciat, atque in acetum facilè desciscant, quod ipsum insigni acore pollet, & spiritum acidum destillando exhibet; neutram tamen ejusmodi mutationem in sanguine hactenus observatam suisse contendunt.

Deinde adverti volunt quòd cum in liquoribus vinosis fermentatio & depuratio eodem tempore peragantur, & quasi paribus passibus procedant, depuratio tamen sanguinis in Febribus ejusdem astuationem non comitetur, sed consequatur, id quod in paroxysmo febrili per sudores soluto, vel oculorum testimonio, patere existimant.

Quod autem ad Ebullitionem attinet, difficilior illis hæc videtur analogia, quæque experientiam habet summoperè refragantem, in multis nimirùm casibus, quo-

ties non adeò effrænis est cruorissorgasmus, ut Ebullitionis appellationem mereri possit. Verùm utut: sit, (neque enim hisce controversiis me ullatenus immisceri patiar;) quandoquidem Fermentationis & Ebullitionis vocabula apudl recentiores Medicos plurimum invaluerunt, ego quoque eadem subinde usurpare non dubitaverim, dummodò ex jam dictis satisticonstet voces istas in hoc Tractatus clariori solummodò dicendorum explicationi inservire.

Porrò febrilem hanc sanguinis commotionem ob materiæ cujus-dam heterogeneæ, ipsique naturæ adversantis, secretionem ab eâdem concitari, omne genus febrium malignarum testatum facit; utpote in quibus, istius ebullitionis sanguinis beneficio, sit excretio ad cutim excrementi in eodem latitantis, & prava qualitate affecti.

Quinimo nec, meâ quidem sententiâ, minus liquet sebrilem sanguinis commotionem sæpè (ne di-

cam

cam sæpiùs) non aliò collineare, quàm ut ipse sese in novum quen-dam statum, & diathesin immutet, hominémque etiam, cui san-guis purus, & intaminatus perstat, febri corripi posse; sicuti in corporibus sanis evenire, frequenti observatione compertum est, in quibus nullus apparatus morbificus, vel quoad plethoram, vel quoad cacochymiam fuerit, nulla infalubris aëris anomalia, quæ febri occasionem subministraret. Nihilominus etiam hujusmodi homines, præcedente insigni aliqua aëris, victûs, cæterarumque rerum nonnaturalium (ut vocant) mutatione, identidem febre corripiuntur; propterea quod eorum sanguis novum statum, & conditionem adipisci gessit, qualem ejusmodi aër aut victus postulaverint; minimè verò quòd particularum vitiosarum in sanguine stabulantium irritatio, febrim proereët. Etsi nequaquam dubitem materiam in sanguinis despumati-

boci

II. Secundò ita mecum reputo, Indicationes veras, ac genuinas, quæ in hoc morbo consurgunt, in eo versari, ut sanguinis commotio intra modum naturæ proposito congruentem, sistatur; ea nimirum ratione, ut nec hinc pluss æquo gliscat, unde periculosa symptomata insequi solent, nece illine nimium torpeat, quo pacte vel materiæ morbificæ protrufico impediretur, vel fanguinis novum statum affectantis labefactarentum conatus. Adeò ut five materia heterogeneæ irritanti, five cruori res novas molienti febris ortus debeatur

beatur, Indicatio utrobíque eadem existat. Hisce positis sundamentis Therapiæ methodum hoc ritu instituo.

bilen : id n eft octoictide

en in

eint,

Dateda

ecoun

mide

catur

Quoties mihi cum ægris res est, quorum sanguis vel per se imbecillior existit (uti fere in pueris) vel justâ spirituum copiâ destituitur (ut in decliviore ætate, atque etiam in juvenibus diuturno aliquo morbo confectis) à venæ-sectione manum tempero. Enimvero si phlebotomiam his imperarem, sanguis etiamnum citra ejusmodi imminutionem plus fatis debilis, despumationi suæ obeundæ prorsus impar redderetur; unde totius massæ perversio, ac proinde forsan ipsius ægri interitus sequeretur (quemadmodum si cerevisiæ aut aliûs cujusvis musti fermentatio intempestive sistatur, liquores illi vitium plerumque contrahunt.) Quippe particularum, quas semel exterminare cœperit, quæque, tametsi dum reliquæ cruoris massæ æquabiliter immisce-B 4 rentur, rentur, puræ extiterant, jam verò putredinem deterrimam acquirere, & cæteros humores gravi inquinamento inficere habiles evaferint, consortium natura ferre ampliùs non potest. Quanquam haud me latet ægros temeraria sanguinis missione mulctatos, convenientium Cardiacorum usu aliquando servari, sanguinémque ad tenorem desæcationi suæ peragendæ idoneum restitui posse. Sed præstiterat plagam non insligi, quàm sanari.

16

Card

MIN

制

Attamen ubi in contrariæ indolis sanguinem incido, qualis in juvenibus athletico habitu & temperamento sanguineo præditis reperiri consuevit, primum in curatione locum Phlebotomiæ attribuo; quæ (præterquam in casibus inferiùs memorandis) sine salutis periculo hic omitti nequit. Nam aliàs non solùm præ nimiâ sanguinis ebullitione, Phrenitidum, Pleuritidum, aliarúmque id genus inflammationum periculum immineret, immineret, sed præ copiâ etiam, impeditio omnimoda Circulationis, & totius massæ quasi strangu-

latus consequeretur.

10-

Mª.

OF BOX

alie

21

Mensuram quod attinet, mihi solenne est eam duntaxat sanguinis quantitatem detrahere, quantum conjicere liceat, quæ ægrum ab incommodis quibus immodicam ejusdem commotionem obnoxiam esse diximus, incolumem præstet. Æstuationem verò illam deinceps rego ac moderor, Phlebotomiam vel repetendo, vel omittendo, Cardiacis calidis vel insistendo, vel parcendo, ac denique alvum vel laxando, vel compescendo, prout motum illum vel esserari, vel languescere animadverto.

Post Venæ-sectionem (siquidem ipsa juxta casus præmemoratos necessaria suerit) sollicitus sedulusque inquiro nunquid ægrum vel vomitus, vel inanis aliqua vomendi propensio sub Febris initium interturbaverit. Id si contigerit omninò medicamen Emetigerit omninò medicamen Eme-

ticum

世.(

afit

teffe

infet

ticum præscribo, nisi vel ætas tenella, vel infignis aliqua debilitas ægri ab eo temperandum suaserit. Sanè Vomitorium propinare, ubi istiusmodi prægressa est vomendi proclivitas, adeò est necessarium, ut nisi humor ille expellatur, ini sentinam complurium malorumi difficilium sit abiturus, quæ crucem figent Medico toto durante: medicationis tempore, ægrúmque: in haud leve periculum conjicient ... Ex horum præcipuis, & maxime solitis est Diarrhæa; quæ utplurimum in defervescentia Febris consequitur, quotiescunque Emetica. quando ea suadebat indicatio, omissa fuêre. In febris quippe progressu, ubi malignum in ventriculo humorem nonnihil subegerit Natura, & ad intestina amandaverit, illa ab acri humore ex hoc in stomacho fonte perpetim scaturiente usque adeò corroduntur, ut non possit non insequi Diarrhea.

Observavi nihilominus in Fe-

pilitus .

lent.

, uhl

lonua

CONT

minte

unque

enert.

relate

S CORT

etic2

catio,

dink

D VOOT 1 fiber

STAD!

KE CE

netion

ndur

infeat

bribus quæ ineunte Vere grassantur, omissionem Vomitorii, tametsi talis vomendi propensio præcefferit Diarrhaam necessariò non inferre; quam tamen aliâ quâvis anni tempestate infert; proindeu, u que tunc temporis non adeò necessarium, etiamsi valde proficuum esse Emetici usum arbitror.

Jam autem in eo versatur istiufmodi Diarrhea periculum, quòd æger satis jam morbo debilitatus, enervatur ulterius, & præterea (id quod majoris est in ipsius noxam momenti) in febris declinatione, quo tempore contrahere se sanguis, ac vim suam exerere debebat ad despumationis officium peragendum, penitus præpeditur hâc emissione.

Jam verò nequid dubites humorem hunc in ventriculo nidulantem, nisi fortè vomitu eliminetur, hanc Tragædiam (Diarrhæam dico) quasi ex insidiis aliquanto post daturum, inquisitione institută, nunquam fere non comperies,

25/10

ONE C

tave

had

ton

00021

Diete

西海

HILL

TO TO

DELL

Nen

fym

ENG I

Mit.

comperies, figuando febrim Diarrhea comitetur, ægrum in morbi principio in vomitum proclivem fuisse, nec tamen Emeticum fuisse propinatum. Porrò etiam compertum habebis etiamsi proclivitas illa ad vomendum jampridem præterierit, Diarrhæam tamen quamprimum Vomitorium exhibueris plerumque cessaturam; dummodo Emetico ferendo pares fuerint ægri vires: Sæpius autem observavi Diarrhæâ semel abortâ, medicamenta adstringentia vel nihil omninò, vel parum admodum ad eandem fiftendam conferre, five intro-sumpta, five exterius applicata.

Emeticum quale passim à me propinatur hujusmodi serè est. Rec. Insus. Croc. Metall. 3vj. Oxymel. Scillit. & Syr. Scabios. comp. aa. 3ss. M. F. Emet. Quod hauriri jubeo tempore pomeridiano, duabus horis post leve prandium. Verùm quò tutiùs, ac seliciùs vomitio subsecutura succedat, illud etiam

Zythogalæ the vj, vel viij. sint in promptu, quippe quòd periculosa sint ista medicamenta nisi copiosè diluantur: Ideóque quoties vomuerit æger, aut alvum exoneraverit, è vestigio sumendus erit haustus: quo sacto, & inania illa tormina præcaventur, & vomendi conatus auspicatò procedunt.

Sæpe miratus sum dum forte materiam vomitu rejectam aliquando curiosè contemplabar, eámque neque mole valde spectabilem, nec pravis qualitatibus insignem, qui factum suerit ut ægri tantum levaminis exinde senserint. Nempe vomitu peracto, sæva illa symptomata (nausea v.c. anxietas, jactationes, suspiria luctuosa, linguæ nigredo, &c.) quæ & ipsos excruciârant, & adstantes perterrefecerant, mitigari solent ac solvi, quódque morbi reliquum est

Illud hîc loci non omittendum erit, Si ægri conditio utrumque auxilium auxilium postulaverit (Venæ-sectionem intelligo, & Vomitorium)tutum omninò esse, ut Venæsectio, Emetici exhibitionem præcedat; aliàs enim dum vasa sanguine distenta sunt, periculum imminet ne ex violentis illis vomendi conatibus vel rumpantur vafal pulmonum, vel Cerebrum lædatur, affuso cum impetu sanguine: atque effuso, adeóque æger Apoplexiâ correptus pereat. Cujus rei quamvis historias aliquoti commemorare possim, illis tameni hic supersedere visum est, monuisse contentus maxima hac in res cautelâ utendum esse.

Siquis autem quærat, quo tempore Febris Vomitorium exhiberii velim; dico, In ipso planè febrissinitio, siquidem optio daretur, Emeticum propinarem: ita enim siet, ut ab horrendis illis symptomatibus, ex humorum in ventriculo, locísque vicinis delitescentium illuvie ortum ducentibus, ægrum præmuniamus; imò verè & fortasse

taffe in ipfis quafi in cunabulis opprimamus morbum, qui alias cum ægroti periculo grandescet, ac longævus evadet : nutritus nimirum dictis illis humoribus, qui vel substantia sua in penitiores corporis partes transmissi cum fanwil guinis massà commiscentur, vel ex ipsâ morâ pejores facti, atque venenatâ pravitate inquinati, ex foco suo jugiter pertranseunti fanguini malignam auram afflabunt. Hujus rei (ne longiùs abeamus) Cholera morbus exemplum nobis exhibet; fit enim aliquando ut intempestiva opera vomitum in illo morbo cohibere satagentes (five illud Laudano fiat, five adstringentibus medicamentis) eo cohibito non minus periculosam malorum catervam invehant. Humores enim acres corruptique, quorum exclusionem tantisper permittere oportuerat ut satis evacuarentur, hoc pacto repulfi, vires suas, ac sævitiam in sanguine exercent, febrémque accendunt, quæ

quæ ut mali moris, & gravibuss fymptomatis stipata esse solet, ital nisi propinato Emetico, tolli vixx poterit, etiam ægro jam ne qui-

dem vomituriente.

Quòd si nobis (ut sæpe sit) serò accersitis non licuerit Emeticum propinando, ægrorum saluti sub febris initium consulere; certe tamen convenire existimaverim ut quovis morbi tempore illud fiat, modò vires eo usque morbus non attriverit, ut Emetici vim ferre: jam amplius nequeant. Equidemi ego die febris duodecimo vomitum imperare non dubitavi, etiami cum æger vomiturire desiisset, neque sine fructu: Eo namque Diarrhæam sustuli, quæ sanguinem int peragenda despumatione impedivit; quin & serius idem facere: minime dubitarem, nisi virium attritarum ratio prohiberet.

Vesperi, celebrata jam vomitione, semper illud ago ut tumultum ab Emetico in humoribus excitatum consopiam, & quietem

conciliem;

vel horâ somni Paregoricum quempiam haustum exhibere jubeo. Ex. gr. Rec. Aq papav.rhæad. 3ij. aq. mirab. & syr. de mecon. aa 3iij. syr. papav. errat. 3ss. M. F.

Haustus.

At si vel ob copiosam sanguinis jacturam, quam curationis decurfu passus est æger, vel ex vomendi frequentia, dejectionibusque in Emetici hujus usu factis, vel ex præsenti ejusdem ἀπυρεξία, vel ex debilitate ejus, vel ex Febris jam declinantis vetustate, nullum jam supersit in posterum concitandæ menimiæ Ebullitionis periculum, tum metu procul habito, vice haustûs præscripti, Diascordii satis largam dosin vel impermixti, wel aquæ alicui Cardiacæ sociati exhiberi jubeo. Præclarum sanè Medicamentum, modò eâ quantitate exhibueris, quæ remedii potius quam tituli mensuram impleat.

Hîc autem loci, priusquam de C Emeticis

De Febribus Continuis.

Emeticis dicendi finem faciam, prætereundum non est, omninò tutum non esse Vomitoria ex infus. Croc. Metall. parata puerulis, ullisve infra adolenscentiam constitutis; vel minima quantitate exhibere. Optarem equidem ut illius loco alia nobis tutiora, sed satis interim efficacia suppeterent, quæ humorem hunc, in febris declinatione, ferè semper, nisi fortè verno tempore, Diarrhæam minitantem, radicitus extirpare possit; vel saltem ut medicamento aliquo idoneo acremi istam materiam, ejúsque vim corrofivam ita mutare liceret, ac retexere, ut commovere Diarrhæami Sæpiùs profectò mihil nequiret. molestum illud accidit, quòd ad infantes, puerósque febre correptos, accerfitus, indicationem conspexi, quæ quidem medicamentii usum suasit, cujus ope extrà periculum collocari potuissent, quod tamen exhibere, veritus infælicem exitum, non sum ausus. Verum im

n adultis nullam inde noxam hactenus observavi, modò cum cautionibus prædictis Emeticum

propinetur.

Vomendi exantlato negotio, illud mecum ulteriùs disquirere soleo, utrum evacuationibus prægressis non obstantibus, sanguis etiamnum adeò exæstuet, ut illius effervenscentiæ limites adhuc ponendi sint, ac sufflamen addendum, an verò eò usque elanguerit ut indigeat incitamento; vel denique, an Fermentatio ad gradum idoneum, ac debitum reducta permitti sibi absque ægri periculo possis. De horum singulis nonnulla mihi dicenda sunt.

ri liceat, ægrum vel Phrenitidi, velalii alicui molesto symptomati, ex nimià sanguinis ebullitione prognato, obnoxium esse, postridiè Emetici exhibiti Enema præscribo, idémq; repeti, pro re natà jubeo; quo sæpe sit ut sanguine

earn

Viet.

1873

nonnihil ventilato, refrigeratoq5; min illius effervescentia satis compescatur. Interdum tamen usu venit, ut Venæ-sectionem etiam semel adhuc atque iterum repetere necesse sit, nempe in temperamentis admodum fanguineis, & ætate: florentibus, aut in iis qui nimio vini usu, inflammatoriam quandam diathefin sanguini suo impresserunt. Verum plerumque tanto, támque infigni remedio (quale quidem est repetita Venæsectio) non opus est; ac proinde, si prædictos casus exceperis, effervescentiam illam Enematum adminiculo fatis reprimemus. Quare si sanguis nimium æstuet, atque effervescat, alternis diebus Clysterem injici jubeo, idque ita fieri ad decimum usque morbi diem vel circiter. Veruntamen si magna vis sanguinis missa fuerit, vel æger sit ætate provectå, tunc temporis Enemata nulla impero, etiamsi sanguis multum efferbuerit. In his etenim casibus, uti metuendum

endum non est, ne omissis Clysteribus, ebullitio concepta eò uf-que procedat, ut insignis alicujus, & infesti symptomatis periculum immineat ; ita certissimum est, eorundem usu sanguinis robur, ac vim, atque (ut ita dicam, etsi minus propriè) tonum relaxari, eatenus quidem ut, in senibus præcipuè (neque enim illis Enemata tam prosperè ac juvenibus cedere folent) Naturæ opus interturbetur, atque impediatur. Quod si vena secta quidem fuerit, sed non multum sanguinis emissum, tunc, uti dixi, Clysteres adusque decimam plus minus diem impero; nonnunquam etiam adusque duodecimam; quod in illis præsertim obtinet, quibus sanguinem demere non audeo. Sunt enim, qui post Intermittentes Autumnales (five Tertianæ fuerint illæ, five Quartanæ) febribus continuis, ex purgationis, in præcedentis morbi fine, defectu, corripiuntur; His si sanguinem miseris, periculum

Qua: h

Chipie

Okto

n famili

den !

1900 L

vels

en.

ethe

neit o

lum est, ne sedimentum illud, quod prægressa fermentatio deposuerat, in massam sanguineam resorbeatur, novásque turbas excitet: Venæ-sectionis itaque loco, rebus ita se habentibus, Clysteribus utor, & quidem ad diem usque duodecimum, modò æger sit
juvenis, atque fermentatio nimis exaltata.

igit

tim

n

địn

COO

PIC

(6)

THE

咖

题

too

Bo

m

2. Verum è contrario, sive Venæ-sectionem adhibueris, sive omiferis, si sanguinis effervescentia nimis elanguescat, adeoque stimulo egeat, ne Naturæ juvandæ impar fuerit; tunc equidem à Clysteribus etiam ante diem decimum, multóque magis eo præterlapso, prorsus abstinendum arbitror. Quorsum enim jacentem jam, & nimis elanguidam fermentationem ulteriùs compescere atque reprimere conaremur? Quodsi verò post tempus illud, in morbi nempe declinatione, Clysteribus utaris, profectò non minus absonum id fuerit, atque ab omni ratione ratione alienum, quam si quis effervescenti Cerevisiæ nimis amplum spiraculum aperuerit : Etenim aperto illo spiraculo præpeditur Natura, quo minus ad morbificæ materiæ separationem unitis viribus incumbat. Postquam igitur vel mediantibus evacuationibus idoneis, atque opportunis, æger "รุง ผลภัตร politus fuerit, quantum ad illa symptomata attinet quæ ex nimià ebullitione nascuntur, vel morbus jam declinaverit; quantò magis astrictam illi alvum præstitero, tantò magis eum extra periculi aleam colloco: nempe febrili materià ad fui concoctionem suaviter, ac blande propendente. Quocirca si præcedentes evacuationes, sanguineæ massæ quasi laxitatem quandam induxerint, vel inducere minentur, vel æger ante debitum tempus febre levatus fuerit, vel etiam febris ad ultimam fuam periodum pervenerit, non solum Enemata procul haberi volo, sed 8

& Cardiacorum opem atque auxilium suggerendum arbitror, atque mox ad alvum adstringen-

Cardi

aut t

(gmn

salla

Ba.

Jahr

Carl

OCCU

201

Cap

M

dam memet accingo.

Cardiaca verò quod spectat, quoniam usu mihi compertum est, eadem properè nimis exhibita non contemnendam noxam inferre (crudâ scilicet adhuc existente materià, venâque nondum sectâ, metuendum est ne in Cerebri membranas, aut pleuram decumbat) ideò curæ mihi semper est, ne Cardiaca exhibeantur, dummodo vel nihil omninò, vell parum sanguinis emissum, nullaq; alia infignior evacuatio facta fuerit, aut æger ætatis vigorem nondum exegerit; neque enim video, quorsum sanguis ejus per se: satis locuples, ulterius in ipsius; perniciem ditesceret : Locuples autem atque opulentus satis est, neque succendiculis eget, quamdiù evacuationes insignes caloremi ejus insitum non prostraverint. Hujusmodi ægris domi nascuntur: Cardiaca,

Cardiaca, & quæ foris adduntur, aut frustranea sunt, aut etiam damnosa: quapropter ego vel nulla omninò, vel saltem levissima, permiserim. Interim verò si æger ex profusis evacuationibus lassus & languidus, vel ætate fuerit provectus, solenne mihi est, Cardiaca vel in ipso febris initio propinare: Morbi autem die duodecimo, negotio tunc temporis ad secretionem vergente, medicamentis calidioribus liberaliùs indulgendum censeo; (imò paulò maturiùs idem fieri potest, modò non metuendum sit, ne febrilis materia in partes principes præceps agatur;) Namque hoc tempore quò magis calefecerim, eò magis concoctionem acceleravero. Neque reverâ cogitando assequi possum, quid sibi velint Medici, cum sua præcepta toties ingeminant, de remediis ad promovendam febrilis materiæ concoctionem administrandis, id quod in morbi initio accersiti sæpe faciunt: nihilominus

non a

田福

per 10

Hard of the second

20000

nettan

PILIS

ferre

DID

hilominus tamen eodem ipso tempore medicamenta ejulmodi imperare non dubitant, quæ febrim scilicet attemperare possint. Profectò enim est Febris ipsa Naturæ instrumentum, quo partes impuras à puris secernat : hoc illa modo plane imperceptibili præstat ab initio, atque etiam in azun morbi, verum in ejustem declinatione apertius, atque manifestius idem opus aggreditur, id quod ex urinâ cernere licet. Materiæ febrilis concoctio nihil aliud revera fignificat, quam peccantis materiæ à sanâ separationem. Hanc igitur ut acceleres, non satagendum nescio quibus, attemperantibus, sed Febris effervescentia tamdiu permittenda est, quamdiu salus ægrorum passa fuerit; cum autem finem spectat, atque declinationem, secretione jam conspicuâ, tunc quidem calidioribus medicamentis illam à tergo insequemur, ad rem eo celeriùs ac certiùs perficiendam. Atque hoc reipsa

reipsa est, febrilis materiæ conco-Ctionem promovere; cum evacuationes, & refrigerancia moras nectant, & curationem impediant, ipsamque sanitatem jam appropinquantem abigunt, uti fæpius à me suit observatum.

Si fermentatio satis progrediatur, despumatio circa diem decimum quartum peragetur: Verùm si refrigerantia qualibet serius adhibueris, atque ita eorum ope effervescentia sufflaminetur, mirum non est, si febris ad diem vicesimum primum, quin & in effœtis and corporibus male tractatis multo

longiùs excurrat.

Illud porro observatu dignum est, quandoque accidere, ut æger Clysterum, aliorumve catharicorum usu circa declinationem morbi intempestive præscriptorum, parum alleviari videatur, imò nonnunquam apyrexiâ omnimodâ frui, post diem autem unum alterumve senties, non tam pristinam febrim vires suas redintigrasse,

se, quam novam accendi: rigor nimirum, atque horror subito invadet, quem mox excipiet calor atque febris, idem stadium (nisi forsan in intermittentium classem se reponat) decursura, quod in præcedentibus monstratum fuit. Cum ita se res habeat, non aliter tractandus est æger, quàm si antea febre non detentus fuisset, verum quoad res agendas calcata jam vestigia repetenda: despumatio enim, quæ cæptæ jam ebullitioni debetur, non nisi prædicti temporis, scilicet 14 dierum spatio peragetur, utcumque molestum fuerit ægro, à prægresso morbo satis jam debilitato, eousque sanitatem expectare.

Cardiaca, quæ adhibeo, passim sunt ejusmodi, quæ statim subindicabo, quorum moderatioribus utor in morbi principio, æstuatione maximè servente; gradatim ad usum calidiorum, juxta morbi progressum, vel ebullitionis gradus pergens; semper memor

licere,

THAT

Ferne

City

Rec

licere, fiquidem multum fanguinis missum, vel æger senex suerit, ut Cardiaca fortiora administrentur, quam cum vel nulla præcesserit Venæ-sectio, vel æger ætate floruerit.

品

Moderata autem illa quæ dixi, Cardiaca fiunt ex aquis stillatitiis (verb. gr.) Borag. Citr. Scord. compos. fragor. Theriacal. cum admixtis Syrup. Melissophyll. Fernel. Caryophyll. & de succo Citr.&c. fortioaa verò ex pulver. è Chel. Canor. Comp. Bezoar. Confect. de Hyacinth. Theriac. Androm. aliisque ejusdem indolis. Quæ sequuntur in frequenti usu funt.

Rec. Aq. borag. citri, scordii compos. & cerasor. nigr. aa 3ij. aq. cinamoni hordeati 3j. margarit. præparat. 3ij. sacchari cristallini 3js. Misce. sumat cochl. iiij. sapius in die, præcipue in languoribus.

Rec. Aq. totius citri, & fragor. aa 3iij. aq. cord. frig. Saxon. 3i. aq. theriac. theriac. stillat. syr. melissophyll. and Fernel. Caryophill. & de successibilità de

de quo capiat sapius.

Rec. Pulv. è chelis. cancrorum compos. lap. bezoardici Oriental. O

Rec. Aq. theriac.stillat. iiij. semin: citri dij. contundantur simul di f. Emulsio. Colaturæ adde sacchari perlati q. s. ad gratum saporem. sumat cochl. ij. ter in die.

Plures verò formulas recensere supervacaneum arbitror, quoniam & innumeræ sunt aut esse saltem possunt, & in morbi decursu juxta varia ejus tempora, acc diversa symptomata, variandæ sunt.

3. At si Fermentatio neque nimium æstuet; neque langueat,

eam

ullis remediis utor, nisi ægrorum vel amicorum, quibus stipantur, mportunitas à me aliquid extorqueat, quod ipsis citra instituti,&

copi mei fraudem placeat.

Atque hoc loco non prætermitam, me sæpius ad tennis condidivionis komines, quorum crumena porolixo apparatur Medico ferendo non erat, accersitum, nil feriffe aliud post Venæ-sectionem, x vomitionem (siquidem eas poinditulasset indicatio) peractam nisi ad quod ipsis præscriberem, ut toto morbi tempore lecto defixi, non mili juscula avenacea, & hordeamea vel similia haurirent; tenuem cerevisiam (dempto frigore) moderate biberent ad sitim sedandalam ; & versus febris finem, beceptå jam separatione, siquidem regnior esset, ad eam juvandam ortiorem subinde potum, Cardiacorum loco, bibere ipsis permisi: Atque ita sine ulteriore aliquo apparatu, nisi quod leve Catharticum tharticum in fine morbi addere foleam, eos falvos, & incolumes dimissi.

Sed ut ad institutum meum revertar, si prædicta methodus follicite observata fuerit, usitatò circar 15 diem ex laudabilis in Urinâ separationis fignostum etiam ex manifestâ omnium symptomatum re-missione percipio, tempestivum tunc esse potionem purgantem exhibere, quæ sedimentű è prægressa fermentatione hic illic depositum Subducat; quod nisi tempestive factum fuerit, periculum est, ne im sanguinis massam remigret; ejusdemque febris recidivam conciliet; vel etiam suâ in partibus naturalibus, ad quas amandatum fuit, morâ, in mineram, tenacium deinceps in corpore malorum feracem abeat. Nimirum, separatione jam facta, humores crassi acc impuri ex arteriis languini in veniss refluo, immissi, regressum ejus facilè impediunt, ex quo varia ob-Aructionum, ac fermentorum gepera nascuntur. Ubiil

Ubi tamen animadvertendum, non adeò planè necessarium esse post febres Vernales, atque post Autumnales purgationem celebrare; idque propterea quod sedimentum à Vernalibus depositum tum copià, tum qualitate terreâ, malignâque ab Autumnali fuperetur. Quod ipsum etiam in Variolis obtinet, multisque morbis aliis Verno tempore grassantibus, in quibus Purgantium omiffio non tam grave periculum (quod ego quidem observaverim) quam in casibus priùs memoratis, inferre solet.

Et sanè non multum is veritatis transiliret limites, qui affirmaret ab hoc capite (purgandi scilpost morbos Autumnales omissione) plurium morborum colluviem, quam ab ullo alio, quo demumcunque causarum sonte, de-

pendere.

Si valdè debilis sit æger, vel alioquin persecta adeò depuratio sacta non suerit, ut audactèr possimi 34

sim purgans exhibere die decimo quinto, rem dissero ad decimam septimam; quo tempore sequentem, vel similem, pro ratione ægri virium, potionem propino. Rec. Thamarind. 3ss. fol. sennæ 3ij. rhabarb. 3iss. Coq. s.q. aq. Colaturæ 3iij. dissolve mannæ & syr. rosac. ãa 3j.

medic

TEIR

fepe

que

Quan

言

CHIL

IED

bu

elio

Misce f. potio cap. mane.

Purgatione peractà, ægrum, hactenus lecto, ex præscripto meo, defixum, surgere, & paulatim ad pristinam victús rationem reverti jubeo. Ea quippe, quam ad hoc usque tempus præscripsi, eadem propemodum est cum illa quam modò commemorabam; uti juscula avenacea, & hordeacea; panatellæ ex pane & vitello ovi, in aquâ cum saccharo confectæ; juscula tenuia ex decocto pulli; Cerevisia tenuis lupulata, cui quandoque æstuante ardore febrili, immisceri potest succus Aurantiorum recens expressus, & super ignem ad cruditatis tantummodo sublationem coctus; & his fimilia;

similia; quamvis juscula Avenacea fint instar omnium. Negare verò cerevisiam tenuem, quæ subinde in mediocri quantitate sumatur, severitas est minime necessaria, imò sæpenumerò etiam detrimentosa.

VEI.

100

of the

西京の西京西田

Ad Epispastica quod attinet, quæ tam crebri usus sunt, præterquam quod non videam, quâ ratione istum in partibus musculosis, quibus illa hærent, ichorem evacuando, ullatenus valeant sanguinem ab ista febrili materiâ, quæ ipfum commovebat, liberare; ægro potius molestiam ac dolorem ex cutis vulnere facessunt, eumque nimis jam morbo suo cruciatum ulterius divexant. Neque, licèt iis ego sæpe usus sim, sic ut benè se habuerint ægri, inferre possum, ipsa aliquid prodesse; inque eam plané suspicionem propendeo, ægrum haud majori jure vesicatoriis istis, quam plumeo lecto, sanitatis suæ restitutionem debere. Nempe sæpenumero inefficax medicamentum fortuna nobilitat. Accidis

D 2

Accidit interdum (maxime int senibus) ægrum febri jam curatâ, & corpore satis jam supérque purgato, nihilominus valde debilem esse; & quandoque tussi, inter-dum etiam screatu, magnam glutinosi, viscosíque phlegmatis copiam expectorare: quod fymptô-ma non tantum ægro terrorem injecit, sed & ipsi Medico, præsertim minus cauto, imposuit, eumque in opinionem induxit, quassi affectus iste Phthisi viam sterneret; licet observaverim ego, rem adeò periculosam non esse. Hoc in casu ægrum jubeo Vinum Malaganum annofum, vel Falernum, five Muscatum, cum pane tosto eil immisso, bibere; quod crasin multùm prægresså æstuatione sanguinis debilitati (proindéque nuper-ingestorum succis assimilandiss imparis) corroborans, symptoma illud paucorum admodum dierum spatio abigit, ut crebrâ experientià mihi constat.

Hâc ipsâ, quam proposuimuss ratione,

ratione, ægrum à multis affectibus, symptomatisque, quæ malignitati tribui folent, tutum præstabimus; cum nihil magis solitum sit Medicis in arte suâ minus exercitatis, quam, quando medicamentis nimis refrigerantibus, vel usu Enematum intempestivo, crafin sanguinis ita relaxârint, Naturámque in perficienda fanguinis depuratione adeò debilitarint, ut animi deliquia, aliáque fymptomata (quæ genuina funt ejusmodi impedimentorum arte politorum Hon effecta) contingant, malignitati Me culpam transcribere: at si diuturnitas in quam abierit morbus, eum ab hoc vitio vindicet, tum quicquid eos in medelâ deinceps fatigat, id Scorbuto acceptum referunt: quamvis reipsâ neque symtomata, quæ accidebant, quamdiu vigebat morbus, malignitatie erant effecta, neque ea, quæ contigerunt in declinatione ejus, Scorbuti, sed utrumque rei malè gestæ debetur, quemadmodum crebrò

De Febribus Continuis.

TEE

men

rob

MX

Non quod ego, aut quisquam alius, qui Morborum historiam vel delibaverit, nescius esse possit, Febres esse, quæ non intemperie solà, aut putrido tantùm calore, sed etiam malignà & venenatà qualitate (cujus signa evidentissima inægris non possunt non apparere) constent: vel etiam quod insicias eam, complicari aliquando cum Febre scorbutum & complures alios morbos posse; hoc tantùm dico, has affectiones immeritò sæpe in litem vocari.

Si fermentatio sanguinis ritè processerit, siet omnino materiæ morbissicæ despumatio intra tempus modo dictum. At si remedia refrigerantia, vel Enemata serius exhibita suerint multo longius excurret sebris, præcipue in hominibus grandævis, malè à medico curatis; ad quos quandoque accersitus, postquam febri per quadraginta dies & amplius laboraverant, nihil non expertus sui quo

despu-

despumationem sanguini inducerem:sed nempe usque adeo debilitatus erat sanguis, partim senio,
partim enematibus, partim senio,
partim enematibus, at medicamentis refrigerantibus, ut neque
Cardiacis, neque ullis aliis corroborantibus remediis scopum
meum assequi possem; sed vel illorum Febris, virium suarum tenax permanebat, vel alioqui, si
adesse videretur anusessa, vires
ægrorum admodum prostratæ
erant, & tantum non emortuæ.

Aliorum autem remediorum successu frustratus, aliò consilium vertere supe coactus fui, cum successu non vulgari; nempe adolescentulorum vivum vegetumque calorem ugris applicando. Nec est quod quis multum miretur, hâc methodo, licet inusitată, uramque debilitatam juvari, ut semet à materiu secernendu, eliminandu que reliquiis exoneret; cum proclive sit intelligere, insignem essentialment vegetorum proclive sit intelligere, insignem essentialment vegetorum copiam

4.0

copiam à sano, & athletico corpore in corpus ægri exhaustum transfundi. Neque unquam comperi iteratam calentium linteorum applicationem ullatenus id præstare valuisse, quod modò præscripta methodus præstitit; ubi calor applicatus tum magis est humano corpori congener, tum simul blandus, humidus, æqualis, perennisque. Atque hæc ratio, spiritus, & halitus, forsitan Ballamicos, in ægri corpus immittendi, ex eo quo ipse illam adhibui tempore, licèt aliena primum videretur, ab aliis cum successu fælici fuit adhibita: neque profectò me pudet hujus remedii meminisse, tametsi petulci quidam homines, atque arrogantes, omniaque vulgaria ingenti supercilio

longe anteserendam censeo. Praxis hactenus commemorata

contemnentes, me forsitan hoc

ipso nomine aspernabuntur. Ego

enim proximi mei commodum, ac

falutem vanis illorum opinionibus

non-

DOW

gend

OTO:

endo

etian

CTIM

indi

dign

CX T

Denti

Canto

即件

常

CID

nonnisi febres continuas spectat in genere; At in medelâ febrium, diversitas, quæ ex differentibus ejusdem anni tempestatibus, atque etiam ex unius anni ab alio discrimine suboritur, me quidem judice non minus animadversione digna est, quam ea quæ nascitur ex variis ægrotorum temperamentis. Et sane inter præcipuas causas, cur febrium medela usque adeo fluctuet, virorumque etiam doctorum conatus tam malè ce-Cta dant, hanc enumerandam existidi. maverim; quod Practici observationes suas, quas ex fælici unius pluriumve febrium, in hac vel illa anni tempestate, curatione instituerunt, febrium omnium, in quavistempestate, vel quovis anno, medelæ solent accommodare: id quod æquè periculosum judico, ac si medicus diversas ægrorum temperies, fingulis peculiares, non respiciat, sed eandem omnibus in eodem morbo medicinam promiscuè exhibeat. Primum,

UB (4

effu P

170- 3

TIP-

西海

20 A

Primum, ut de variantibus medendi rationibus, quæ diversarum anni tempestatum febribus sunt accommodæ, disseram : expendendum est, licèt alia aliundè inter febres discrimina concedi possint, eas tamen præcipuè secun-

dum subjectam materiam, cui febrilis inhæret commotio, discrepare; istam verò materiam secundùm diversam sanguinis diathefin, prout ea ab hac vel illa anni tempestate inducitur, discrimen fuum nancisci. Ea quippe febri-

lis commotio, quæ tempore verno contingit, in sanguine nascitur, omnibus suis spiritibus vegeto;

autumnalis verò in sanguine, à prægressæ ætatis calore, ejusque vi, atque effectibus ad pauperi-

em redacto. Ac prout accidit, febrem pro duarum istarum tem-

pestatum vicinià, vel distantià, sanguinem invadere, ita morbus magis vel minus de fermentatio-

nis, ad hanc velillam pertinentis, naturâ participat. Hisce consen-

tanea

ferrar

fores

riculo

mati

CUIT

tanea sunt, quæ in praxi nostra observamus, nempe, cæteris paribus,
sebres autumnales magis esse periculosas, pejorisque notæ symtomatibus stipari, quàm vernales;
cùm decocti sint atque absumpti
magis in sanguine spiritus, autumnali tempore, quàm verno: quæ
causarum una esse videtur, quòd
evacuationes, maximè sanguinis
(qui non modò spirituum vehiculum est, sed & penu) adeò sint in
autumno damnosæ, quamvis prodesse solumnose, quamvis prodesse solumnose, quamvis prodesse solumnose, quamvis pro-

Atque forsan ab illa degeneratione, quæ sanguini crebrò in sebribus autumnalibus, præcipuè
ex præmemorata spirituum pauperie, accidit, sæpius venenata illa nascitur sanguinis qualitas, quæ
non modò ista mali moris symptomata sebrim comitantia, sed nonnunquam etiam sebrim ipsam progignit: natura quippe vehementèr ab ea irritata contra ipsam insurgit, neque alio consilio novam
hanc ebullitionem auspicatur,
quam

0380

tor.

2:02

per s

4

DOS

加力

tate fr

effer

date

dan

抽曲

翻組

dam

tom

44

quàm ut malignitatem dictam eliminet: unde potius incumbet medico, illam alexipharmacorum ope expugnare, quam evacuationibus, & medicamentis refrigerantibus febri resistere, quam videtur in aciem produxisse natura ad venenatam perniciem debel-Infigne hanc in rem exandam. emplum suppetit in peste, quæ febri destituta multo est periculosior, quam si eandem haberet comitem. Et sane quævis malignitas, quæ sanguinem adoritur, si ipse ex se non valet ciere ebullitionem, vel, siquidem valet, impeditur quo minus id præstet, necessario vel lethalem, vel diuturnum morbum reddit: lethalem quidem, quando illa tota substantia contraria naturæ, humanam temperiem abditâ proprietate corrumpit, destruitque : diuturnum verò, quando, licet naturâ suâ, & occultà agendi ratione apta sit corpori magnopere nocere, illudque sensim conterere, subitò tamen

men hominem interficiendi vim non habet. Interim malignitatem aliquam, quæ aliàs ex pravitate sua necessariò mortem insert, esse posse salutarem, ubi sanguinis datur ebullitio ad eam eliminandam, pestis ipsa aliquando testatum facit. At ubi nulla est ejusmodi ebullitio; ad illam universim, & quaquaversum expellendam, ibi proinde morbum diuturnum reddi, itidèm patet in Scorbuto, Lue venerea, &c.

Verùm, ut ad caput rei, à quo diverticulum feci, revertar, obfervavi in febribus antumnalibus fanguinem qualiumcunq; febricitantium mittendum esse parcè, non adultorum verò, vel atatis florem egressorum nequaquam. Medicamenta refrigerantia exhibentur cum periculo, nisi febris nimium exastuet, ac ager sit juvenis. Valde necessaria vomitio, ubi vomendi fuit propensio: At in febribus vernalibus sanguis qualiumcunque mitti potest moderatè:

derate : hominum ætate florentium, copiosè. Clysteres & medicamenta refrigerantia valde profunt, quando juvenis est æger, nec declinat febris, nec prolixa fanguinis misio præcessit. Vomitio, ubi vomendi fuit proclivitas, nom nito absolute necessaria, satis tamem and commoda. Nec vomitorii omiffio Diarrhaam plane infert in febris declinatione. Nunquam hachenus observavi, ventrem durum, vel pedes tumefactos excepisse febres vernales, five continua, five: mi intermittentes illæ fuerint. Post autumnales verò, admodum frequens est utrumque, maxime ubil copiosè missus fuerit sanguis, vel in puerili ætate constitutus sit æger, vel etiam ætatem vegetami excesserit. Tumor qui puerulis accidit, imprimis ventrium est; quii hominibus, ætatis florem egreffis, plerunque pedes primò, fortè etiam ventres deinceps, quando adl Hydropem vergit, occupat.

Secundo, ut de co porrò interr

febress

febres discrimine loquamur, quod new ex quorundam Annorum ab aliis differentia oritur, proindeque de medelis ad ipsas eo nomine pertinentibus; notandum est differentiæ illius inter unius & alterius annifebres rationem dari semper ex causis manifestis non posse; quandoquidem sæpe fit, ut unus annus fit epidemicus, non quoad Pestem duntaxat, sed etiam quoad febres, nonnisi malignitate ordinaria minaces, ubi rationem affignare non possumus ex alimentorum vitio, neque ex inferioribus exhalationibus in Aëre putrescentibus, neque ex temporum tempestatumque inordinatis, atque inæqualibus mutationibus, in calidum, & humidum vergentibus: Sed istam constitutionem, cæcæ, malignæ, & inexplicabili Aëris perniciei nobis inimicæ sobolem esse hactenus fateri cogimur.

Atque uti nulla dari ratio potest differentiæ inter unius & alterius Anni febres, sic nec ulla dari potest

potest circa Prognostica, de sequentis partis anni salubritate, vel insalubritate, ex commodâ vell incommodâ præteritæ partis temperie, instituta. Hyemes quippee Ann. 1662. & 1663. quarum alteram ob clementiam tantum nom præternaturalem, alteram verò ob rigorem, mirabantur omnes, salubres admodum æstates, & autumni consequebantur.

Ego in meâ praxi hasce duass duntaxat observationes de Prognosticis cepi, quæ institui tempore æstivo possunt, sitne autumnuss proximus (quoad febres dico) salubris suturus, an minus talis.

1. Observavi, quod quando sebres, sive continuæ, sive intermittentes, præmaturè apparuerunt, ut circa sestum S. Johannis, temperies secuta suit valde epidemica; imprimis si Quartanas (genuina Autumni soboles) hic illic à tempore modò disto quos dam invasit. Anno 1661. quo, præter sebres continuas, Tertianæ

præ-

ritate

dave

tem-

uppe

no al-

im non

n verd

Dibes!

X20-

præsertim malignæ admodum furebant, inq; multis locis, correptis ferè integris familiis, maximam hominum stragem edebant; eo, inquam, anno, memini, fœminam quandam ædibus meis vicinam, primo Quartanæ suæ paroxysmo ipso S. Johannis Festo correptam fuisse. Complures alii, circa idem tempus præmaturum, febribus illis correpti fuere, quæ postmodum adeò epidemicæ evaserunt: quod argumento est, magnum tum fuisse in ista, quæ tunc obtinebat, aëris temperie, ad istos morbos apparatum, qui deinceps procedente anno stipatiores grassabantur.

2. Notavi, si insectorum examina æstate abundaverint, maximè verò muscæ domesticæ, autumnum proximum valdè insalubrem suturum; id quod in prædicti anni 1561. tota æstate observabam, sed in duorum sequentium annorum, quæ adeò salubres erant, æstatibus, admodùm pauca:

pauca: ubi tamen notandum, hanc quam modò diximus, insectorum copiam, ipsâ ingruente: Peste, non adeò observari.

Prognostica omnia fallacia observavi; ita ut constitutionis epidemicæ adventantis præsensio dissicilis admodum videatur, nec signis ullis, aut rationibus satis con-

spicua.

Neque minus difficile est, certam aliquam atque determinatami curandi rationem proponere, quæ: discrimini febrium, ex annorumi variâ temperie dependenti, accurate respondeat; quam (uti jami dictum) ipsius illius varietatis causas explicare, vel etiam quami prognostico aliquo diu anteà facto, prædicere quantum intern hunc annum, v. gr. atque alium, quoad salubritatem, vel insalubritatem discriminis intererit. Veruntamen quæ nobis, hæc ipsa attente observantibus, sese obtulerunt, paucis exponere non gravabimur.

dun,

entel

Hand .

di⁴

nitra!

In febribus igitur autumnalibus, quæ in constitutione epidemicâ, atque in anno, quo morbi Autumno peculiares (quales sunt Quartanæ, Tertianæq; maligniores) solito maturius, putà mense Junio, vel Julii initio, occurrerint, venæ sectio maximo periculo non vacat. Id quod in Autumno anni (de quo jam locuti sumus) verissimum esse experientia testata est: tunc enim temporis, præsertim in primo Autumno, phlebotomia maximam partem lethifera visa est; nisi forte ægri, in ipso ætatis vigore constituti, ncusanguinis jacturam quodammodo ferre poterant; quo quidem in cafu, tameth mortem non intulerit, morbum tamen longum, ac periculi plenissimum, atq; symptomatibus sævissimis stipatum sunt experti. Ego certè ab aliis evacuationibus paria pericula sese obtulisse non memini; atq; speciatim ab illis, quæ per Emetica fiebant, quales plerunque tum in illa, tum

ctiam in similibus aliis constitutionibus malignis, exitum satis fælicem habuerunt. Verum ut ut hæc sint, jamdudum didici, oportere, ut Medicus hâc in re versatilis ingenii sit, atque pro re natâ consilium capiat, hoc est, pro temporum, atq; ægrorum temperie praxin suam subinde mutando, vel potius leviter flectendo, huic scenæ tot discriminibus variegatæ commodè quantum fieri potest, inserviat. Illud interim (ut tandem aliquando argumento præsenti coronidem imponam) affirmare possum, generalem illam methodum jam traditam (quantum quidem ego hactenus observatione attenta consequi potui) febrium omnium curationem suo ambitu commodè satis complecti; licet non ignorem, subinde varias anni tempestates, atque ipsorum annorum varietates prohibere, quò minus certos aliquos limites figere possimus, quos ultra citraq; progredi, aut confiftere non lice-

Tar

12

TO

totte e

12.

THE STATE

ore

THE P

Data :

FIO

mpe-

edo.

mic |

egalz

otell,

t tan-

DER.

面

201

020-

blet-

omi)

0 60

台

2[125

FUIL

pere,

如此

Præstiterit certè, quando sebres graffari incipiunt, diligenter illorum impetum atq; morem observare, quibus etiam præsidiorum generibus ægri juventur, vel lædantur, ut quamprimum, his repudiatis, illis utamur. Quod si illud siat, existimo reipsa aliquando, facto periculo, compertum iri, medendi rationem hactenus expositam quam-minimum à scopo aberrare. Ad me certè quod attinet, rarissimè ab illa mihi deviandum sensi, vel in casibus malignis; quibus egregiè accommoda est, quòd fermentationem debitam sustineat, (optimum naturæ organum) cujus ope omnem materiam venenatam in sanguine latitantem expellit atq; amolitur.

E 3 SECT.

Sectio Secunda.

De Symptomatibus febres continuas comitantibus.

TEthodus hactenus enarrata, fiquis illam prudenter, & cum destinato animi consilio obfervaverit, ægros, si non ab omnibus, saltem à plerisque molestis illis symptomatibus immunes præstabit, quæ continuas febres vel comitari, vel iisdem supervenire solent, quæq; Medicum animi ancipitem, atq; sæpè in curationis decursu consilii penè expertem reddunt, immò & illius curæ commissos non rarò è medio auferunt, etiamsi morbi natura mortem non interminari visa sit. Sed quandoquidem vel ægrorum culpâ, Medicum non satis opportune accersentium, vel ipsius Medici minori sive peritià, sive cautelà, ejusmodi

modi accidentia sæpissimè oborta cernuntur, non gravabimur peculiarem eorundem curam summatim hic attingere; verum ad. ea tantum symptomata me restringam, quæ, tametsi sæpenumerò præverti poruerint, modò vià, atq; ordine prædicto quisusus fuisset, cum tamen semel acciderint, diversam quandam, sibiq; propriam curam postulant.

Atq; (ut hinc ordiar) si teger, Phrenits. vel calidiora medicamenta minus properè atq; intempestivè sumendo, vel calido nimis temperamento suâ naturâ fretus, in Phrenitidem prolapsus fuerit; vel (quod proximè illuc accedit) si mon omninò dormiat, sæpe exclainet, aut inconditis vocibus utatur, si vultu ac loquelâ ferociat, si medicamenta, potumve communem avidè & quasi raptim bibat, vel denique urinam habeat suppressam; in hoc, inquam, casu, liberaliori manu, quàm suprà indulsi, ad venæ sectionem, clysteres, ac medicamenta E 4

56

camenta refrigerantia me accingo, verno tempore præsertim, (quo etiam alias symptomate hoc non apparente, juvenes atq; vegeto calore præditi, ejulmodi auxilia fine multo discrimine admit-tunt) atq; talibus remediis utens. ægrum eousq; sustinere conor,donec in diuturnitatem aliquam affectus excurrat, quo tempore nom admodum difficile erit eum & a morbo & à symptomate una ea-- m demq; operâ liberare : id quodl fiet Narcoticum aliquod medicamentum in largiori paulò dosi exhibendo. Quamvis enim febree vigente, quæ vagnúozus vi prædita funt non omnino profint, neq; destinatum à Medico scopum ferilant; tamen opportune, & in declinatione morbi adhibita, præclaros effectus edunt : antea verò prodesse non possunt, partimi quia fermentationem vi atq; impetu procurrentem sistere nequeunt, etiam in maximâ dosi exhibitta, partim verò (quod quidem majoriss

VI SU

adma-

Citeria.

OF, CO

0721

tence

BX

nd ear

ediza

majoris adhuc momenti est) materiæ peccanti tunc temporis massæ sanguineæ æquabiliter admistæ, neq; versus separationem adhuc vergenti, ab exhibito hujusmodi medicamento manus injicitur, adeoq; depuratio illa tantopere expetenda impeditur. Verum sive hæc ratio sit hujusce phænomeni, sive alia aliqua magis abstrusa, judicent illi, quibus animus atq; otium est talia speculari. Interim ex fideli atq; idoneo observationum plurimarum complexu rem ipsam certissimam esse pronuncio, Laudanum, vel alia quævis Narcotica in principio, augmento, vel statu morbi ad symptoma hoc levandum, vel non prodesse omninò, vel, quod sæpe accidit, etiam obesse; verum in ejusdem morbi declinatione eadem mediocri dosi adhibita non fine successi usurpari. Semel equidem Narcotico die morbi duodecimo usus sum, nec frustra; citiùs autem nunquam prosperè exhibitum

hibitum novi. Quodsi autem illius usum ad decimum quartum! usque diem distuleris, tanto magis proficuum evadet, separatios ne nempe perfectiori tum factà. Neque verò hæc mora, tametsi forte astantes magnopere perterrefaciet horrendum hoc symptoma, mortem statim subinfert; cùm sæpe observaverim, hanc rem plerung; inducias ferre posse ac solere, donec ad Narcotica descendere suerit opportunum; saltem si caveatur ne Cardiacis, calidisq; medicamentis adhibitis, intemperies cœpta accendatur uberiùs, quo casu ægri subitò pereunt. Narcotica quibus ego uti soleo, funt vel Laudanum Lond. ad gr. 1. vel sequens. Rec. flor. Paralys. M. I. Coq. S. q. aq. cerasor. nigr. Colatura Bij. Dissolve syr. de meconio Is. succi limonum g. viij. vel X. Misce.

Illud unicum hic addere placet, quod ad hanc rem observasse non inconsultum arbitror; nempe si symptoma hoc eousque inducias ferat, ut æger ante assumptum Narcoticum commodè purgari possit, medicamentum illudatanto sæliciùs essectum suum editurum. Quocirca ego imperare soleo Pil. coch. ma. Jij. in aq. Betonicæ dissolut. atque hoc 10 vel 12 horis ante Narcotici exhibitionem. Neque metuendum est à tumultu illo, quem calidior illa massa pil. aliàs excitare solet; subsequentis enim Narcotici vis pensabit illas turbas, & quietem suavissimam, blandissimamq; inducet.

Quodfi vigiliæ ultra febrem excurrant, cessantibus aliis symptomatibus, observavi, linteum in aqua rosar. immersum, & frigidè sincipiti, ac temporibus applicatum, plus quàm Narcotica quævis prodesse.

Proximo loco de Pleuritide, Pleuriti.

gam. Et quidem non me latet, receptam à Medicorum vulgo

Jen-

aded

antiq

quen

Mill dem

Vert

DOS B febrio

Medi

dem

Shire

FIE

II pos

his

lo fo

dia

dun

nem

para

girin.

EX.

itte

Min

Con

atot

sententiam esse, febrem illam continuam, quæ pleuritidi se comitem adjungit, à phlegmone membranæ costas succingentis, cordiq; vicinæ, ortum suum ducere, adeoq; pleuritidis respectu, symptomatis rationem obtinere. Neque omninò displicet hæc sententia: interim ex aliâ parte existimo pleuritidem ipsam symptomatis vicem subire, respectu febris illius essentialis qua primo correptus est æger, antequam pleuritis nempe supervenerat; hâc autem accedente, prior illa febris genium suum deponere mihi videtur, vel potius in pleuritidem converti, quæ jam ex phlegmone prædictå novam febrem fibi asciscit, eâq; stipatur. Atque posterior hæc febris ita subnascens pari passu cum pleuritide ambulat, cumq; eâ stat, caditque. Certè crediderim, dissicilè admodum futurum, ut quis, examine diligenter instituto, exemplum proferat pleuritici alicujus, qui dolore

De Sympt. Febr. Contin.

de lore lateris (signo hujus affectus adeò luculento) tentatus suerit, antequam sebris insultum aliquem, saltem leviorem suisset expertus. Nam dolor ille nunc quidem citiùs, nunc seriùs invadit, verùm (quantum observare hactenus mihi licuit) nunquam nisi post serio dem inter accidentia enumero,

febrem consequentia.

1018

Pleuritidem vero nasci arbitror ex materiæ febrilis præcipitatione in pleuram vel musculos intercostales; atque illud quidem in ip-10 fere febris initio accidere, crudâ adhuc existente materià, nondumque per idoneam ebullitionem subactà, adeoque nec ad separationem debitam per loca magis conferentia, præparata. Atque hoc incommodi sæpissime ex intempestivo ac præpostero calidorum medicamentorum (ut Pul. Comitista, Aq. Alexipharmaca, atque his similium) usu infertur; qualia

qualia frequenter à Nobilibus no quibusdam sæminis exhiberi so lent; quarum interim benevolem tia charitafque multo melius iir pascendis pauperibus quam in iiss dem medicandis, me judice, colllocaretur. Atque illæ quidem en confilio (fi tamen ullo utantur) icd faciunt, ut in primo febris insultu li provocetur sudor; parum cogii tantes, quam inconsulto atque infeliciter idem tentent. Natura enim hoc pacto turbata humores adhuc crudos existentes expelle:re, qua data porta, cogitur: atque adeo nunc in cerebri meninges impetu fertur materia febrilis. indeque phrenitis nascitur; nunc ad membranam costas succingentem idem malum appellit, ex quo pleuritis oboriri folet; præsertim ubi ægrorum ætas, ac temperamentum, annique tempestas inter ver atque estatem ambigens, suai etiam symbola ad hanc rem contulerint : certè enim tempestate illa febres in pleuritidem transire proclivess

proclives sunt: Ad hujus itaque fymptomatis remotionem, hac utor methodo.

Quamprimum accerfitus fuerim, jubeo, si res patiatur, sanguinem liberalitèr ex brachio aftecti lateris mitti. Mox unquentum aliquod accommodum ex ol. lilior. chamæm. ung. dialthææ & his similibus, conflatum, dolenti lateri applicandum præscribo. Simul etiam Bechicis utor ad rei ip-MODE ! sius ingenium variè accommodandis. Sed his omnibus ol. amygdal. dulc. rec. express. facile palmam præripit. Pro potu ordinario cerevisiam tenuem, ac minime acrem, vel Ptisanam ex aq. hordei, liqueritiâ & tantillo sem. anisi paratam, injungo. Diebus porrò sequentibus, repetitâ Venæ-sectione, sanguinem etiam copiosè detrahi jubeo pro re natâ. Sanè perquam rarò à sanguinis missione abstineo, donec ad uncias 42. aut circiter fuerit detractus, nisi vires vel ætas ægri contraindicaverint. Atque

: at

enin brille

MARIE

er po

院指

福都

full the fire

Atque tametsi non sine specie aliquâ rationis, metuat aliquis ne tanta sanguinis amissio periculum ingens afferat; ipse tamen sanguiss ablatus, postquam aliquandiu steterit, hos metus difflabit, Medicoque patrocinium parabit, liberalem hanc Venæ-sectionem im-Nimirum spectabitur sanguis admodum corruptus, sal-tem post primam vicem, similisque: ferè coloris in summo, eum vero pure; ut omittam nunc dicere, vires ægri non valde attritas te comperturum, si copiosami illam sanguinis jacturam tecum reputaveris.

Hoc autem in loco monendum est, summa cautela opus esse, ne per totum hujusce methodi decursum Clysteres injiciantur, aut pectoralibus medicamentis quicquam admisceatur quod alvum ciendi vim habeat: quanto enim ascrictior alvus est, tanto tutius phlebotomiam repetemus; atque ex adverso, si vel dimidiam illius

(quam

Me

ie ii-

115 10

ulus

nguis)

nfle-

1

n in-

bitur

61.

Lique

17270

give.

atti-

olin

cun

最後 音音音音中 明明

(quam diximus) sanguinis quantitatem ademeris, ubi Clysteres aut alviduca pharmaca exhibueris, ægrum in fummum vitæ periculum adduces, ne dicam in mortem præcipitabis: sive quòd natura utramque evacuationem tam brevi temporis spatio ferre nequeat; sive ob aliam aliquam rationem, ego sanè non ausim definitò pronunciare; certus interim, facto aliquando periculo, etiam eos tandem in hoc morbo à Clysterum usu sibi temperaturos, qui nunc hæc monita fortassis aspernabuntur. Neque in hoc morbo solum, verum & in aliis forsitan omnibus, in quibus curationis negotium in isto cardine (Venæ-sectionem dico) potissimum vertitur.

Sæpe quidem aggressus sum in tractando hoc symptomate, seedmeias rationem aliquam stabilire, quæ citra ingentem hanc sanguinis jacturam subsisteret: nempe vel humorem resolvendo, vel expecto-

pectorationis promotione illum Sed nondum ea fors evacuando. mihi contigit ut huic ipfi, supra memoratæ praxi, parem aliquam reperire potuerim; cujus beneficio (non obstante tristi illà, de pleuritide siccâ, prognosi) ægrum, etiam non moratus expectorationem, ab insultu morbi vindico; per iplum sectæ venæ orificium & pleuritidi fugam parans & sanitati Certè nisi phlebotomia aliquoties celebratâ (huic nempe methodo insistenti) nunquam hactenus mihi subsistere licuit; licet neque illud intentatum reliquerim, ut ultrà secundam tertiamve vicem non progrederer; sed ipså rei necessitate adactus Naturam ducem sequutus sum, etiam dum a eidem naturæ vim inferre videbar.

Verum hie prætereundum nontest, quòd verno tempore, præcipue verò anni tempestate quæ sinem veris & initium estatis complectitur, sebris quædam tum temporis invadere solet, quæ ta-

metsii

Corlego. Febris
Symptomatica Vernalis.

metsi pathognomonicis pleuritidis, aut etiam peripneumoniæ fignis destituitur, symptomatis tamen rationem habet, inflammationis cujusdam respectu circa partes spiritales alicubi delitescentis: nempe nullus adest lateris dolor, nulla insignis respirandi difficultas, unde nudam febrem adesse suspicatus, illuc aliquando omninò propendi, ut ægros eâdem methodo tractarem, quâ in medicandis febricitantibus uti foleo. Veruntamen postea mecum reputavi, hanc anni tempestatem (ut infrà dicetur) non ejusmodi febribus producendis idoneam esse, quæ in continuitatem excurrant; illæ enim vel suâ sponte quasi dissiliunt, & in intermittentium classem se reponunt, vel in pleuritides atque id genus alias inflammationes præcipites ruunt: & quidem porrò attentè emissum in hâc ægritudine sanguinem spectavi, qui pleuriticorum sanguinem æmulari visus est; ruborem etiam

四日 四日 日日日

713-

nets

etiam genarum adesse observavi, atque propensionem quandam ad sanguinem è naribus emittendum, etiam venæ sectione priùs celebratà; quin & tussim aliquam, & obseuros quosdam in partibus vitalibus dolores nonnunquam deprehendi. His igitur omnibus ritè perpensis, eò tandem deveni, ut eâdem omninò methodo mihi procedendum in hoc casu decreverim, quâ in pleuritide sæpe cum singulari successu usus sum; id quod fælicitèr, atque ex voto cessit.

Tu∏ts.

Sæpe accidit, ægrum per totum morbi decursum tussi molesta divexari; nimirum commota vehementer ac tumultuante sanguinea mole, omnibus jam ad seditionem & partium studia spectantibus, sit ut humores quidam soluti, dissuentes e massa sanguinis per vascula pulmonaria, vel etiam per diapedesin in tracheæ membranam interiorem, teneriorem scilicet at que exquisito sensu præditam, trans-

20

-2-

温

盐

Mil.

四日 治

transferantur: hinc tuffis oboritur; quæ primò sicca est, quoniam tenuis adhuc materia vim expultricem eludit; mox crassescit, atque expectoratu difficilis evadit, eò quòd sensim febrili calore torreatur, atque affetur: hinc fit, ut suffocationis metu percellatur æger, utpote cui vires desunt ad lentam hanc viscidamq; materiam tussi eliminandam. Ego in hoc effectu rarò alio aliquo medicamento utor præter oleum amygdalarum dulcium recenter expressum, nisi forsan acciderit (accidit autem aliquoties) ut ægrotus oleum prorsus aversetur; tunc enim vulgaribus illis pectoralibus, ut licet, opem ferre conamur. Interim oleum illud amygdalarum, siquidem illo per ægrum uti licuerit, Bechicis aliis anteponendum censeo, ob eam causam præcipuè, quòd cùm necesse sit hæc liberaliùs, & majori quantitate exhibere, modò prodesse velimus, hoc pacto ventriculum jam satis superque que debilem & ad nauseam proclivem oneramus; nonnunquam etiam eâdem operâ præpedimur, ne reliqua, eodem ipso tempore transigenda, procuremus. Neque verò satis aut intellectu assequor, aut experientia edoctus sum, cur ab hujus olei, quod jam diximus, usu in febribus abhorreamus, eò quòd scilicet inflammabile sit, adeoq; metuendum ne febrim adaugeat. Fac enim, illud suâ naturâ calidum esse, certè tamen calor ille tantus non est, ut aliunde: non abunde pensetur: præ cæteris enim manifesta vi pectori conducit, aperitq; vias, ac lenit, adeoq; expectorationem promovet, quâ (præsertim si copiosior acciderit) tum exoneratur sanguis à molesto humore, commodè jam excreto, tum eâdem operâ nonnihil refrigeratur; adeog; me non admodum male habet, siquando viderim symptoma hoc: intercurrere, cujus beneficio nom parum etiam ægro beneficii accedit ..

dit. Illud unicum nunc moneo, una, eademq; vice tutum non esse, totis cochlearibus hoc oleum exhibere; periculum enim est, ne & ventriculo nauseam & alvo fluxum inducamus: parce itaque, sed frequenter interdiu, noctuq; propinandum erit, quo non solum expectoratione facta tussim leniemus, verumetiam, quod alicujus momenti est, attritas ægri vires blando nutrimento nonnihil folabimur.

9100

patil-

1 (2-

wade !

· for-

0000

100-

6003

100 dita

Fit nonnunquam, ut hamor- Narium rhagia narium superveniat; sive hamorrhaquòd medicamenta nimis calida ott. in morbi initio fuerint exhibita, five quòd ebullitio non satis coercita fuerit, ægro nempe vel in florenti ætate constituto, vel anni riology tempestate coadjuvante. Hoc si fiat, non admodum juvabunt ea, quæ ad sistendum sanguinis motum vulgò fieri consueverunt, qualia sunt venæ sectiones, ligaturæ, medicamenta adstringentia, atque agglutinantia, vel etiam F lan-4

sanguinis acrimoniam contemperantia, &c. quamvis enim pro Medicorum confilio, ac prudentiâ, his atque hujusmodi aliis uti liceat; in eo tamen cardo rei vertitur, ut idoneo aliquo medicamento sanguinis ebullitioni frænum imponatur, quod sistat, figatq; illius impetum in præcipitia quæque ruentem. Verum quidem est, si symptoma seorsim specetur, ea quæ supra enumeravimus (ac venæ sectionem potissimum) accommoda fatis esle; nec ego ipse dubitarem, iisdem uti; led nempe symptomatis hujus causam (saltem si phlebotomiam exceperis) non fatis attingunt, quam profectò non majori ratione per prædicta tollere, quam si gladio ignem extinguere satageres. Ego itaq; in hoc casu, frustrà aliis tentatis, tale quidpiam adhibere soleo, quale nunc subnectam. Rec. aq. portulacæ, & papaveris ceratici aa zis. syr. de meconio zv. syr. paralyseos 3ss. M. f. haustus. Nolim Nolim autem hæc ita intelligi, quasi hæmorrhagiam quamlibet ita statim curari velim; quin potiùs illa sæpe permittenda est, atque ægro plurimum prodesse potest, partim nimiam ebullitionem reprimendo, partim etiam criticè a, il aliquando morbum folvendo. Atque revera parum proderit huic fymptomati frænum prædictum aptare, priusquam illud aliquantisper excurrerit, vel etiam priusquam vena in brachio secta fuerit. Illud diligenter advertendum est, hanc ipsam, atque alias omnes immodicas hæmorrhagias peculiare illud obtinere, quod quamprimum illæ quomodocunq; fedatæ fuerint, nisi leniens aliqua purgalio celebretur, metus est ne recidivam æger patiatur; proindeque purgandum erit, quamvis (si febris tempora spectentur) serius aliquanto id fieri soleat, atque debeat, nisi symptoma hoc acciderit.

ere

2001

Hoc symptoma plerunque se- sing nibus

nibus accidit post copiosas evacuationes, vel per secessium ex diarrhæa, vel maximè per vomitiones, atque sæpenumero mortemi foribus adesse denunciat... Ingenue fateor, me mihimet ipsii de Singultus causa disquirentii satisfacere non posse; nihilominus observavi, sæpe illum ext turbis, ac tumultu ab asperioribus medicamentis in ventriculo, loiscque vicinis excitato, ortumi ducere, quibus sedandis atque: in pristinam pacem reducendis: cum naturæ vires non suffecerint, fit ut ingens periculum immineat:: proindeque consentaneum existimavi, curam eo dirigere, ut quod! natura per se nequibat, artis adminiculo suffulta perficeret. Diascordium igitur larga dosi exhibitum, nempe ad 3ij, à scopo meo non aberravit; cum semine anethi, aliisque, quæ tanquam specifica decantantur, usus, nihil pro-

Diarrhaa. fecissem.

Si in morbi hujus decursu Di-

Rote

arrhæam obortam conspexeris, quæ (uti jam alicubi suprà notavimus) accidere tum solet, cum in morbi initio vomitorii propinandi indicatio se obtulit, neque tamen illud propinatum fuit; dico in hoc casu convenire, ut quovis morbi tempore (nisi vires contraindicaverint) emeticum exhibeatur, etiamsi jampridem illa ad vomendum propensio præterierit.

Quoniam autem hac de re satis, opinor in superioribus pagellis à nobis dictum est, illud hoc in loco duntaxat annectam, quid facto sit opus, si exhibito licèt emetico nihilominùs Diarrhea supervenerit. Quod tamen oppidò rarum est, nisi in sebre symptomatica vis morbi tempore (nisi vires conest, nisi in sebre symptomatica modò dicta, ubi vomitorium, hoc symptoma non solum non impedit sed quandoque creat ; quod notatu dignum est. Itaq; cum sic se res habuerit, præ quibufvis aftringentibus hujusmodi clysterem profuisse comperi. Rec. Cort. granator. 3ss. ros. rubr.p. ij. Coq. in lactis

att

(pec)

lactis vaccini s. q. Colatura ths. dissolve Diascordii ziij. M. F. Enema. Non suaserim ut majori quantitate clysterem injicias, quamvis enim propria vi adstrictionem polliceatur, metuendum tamem est, ne sua mole lacessat intestina, adeoque suxum alvi, quem consopire animus erat, uberiùs provocet.

Sed forsitan objiciet his aliquis, magis è re videri, ut, præsertimi declinante morbo, diarrhæam, sii quidem acciderit, permittas potiùs quam sistas, quandoquidem fluxus ille alvi nonnunquam criticus est, morbumque solvit. Respondeo, me non inficias iturum, fieri aliquando, ut febris per hanc portam sibi viam faciat, atque effugiat; verum illud rariùs accidit, quam ut illius spe quicquam moliamur: quin & ratio illa, quâ de medelâ febrium universim loquuti, fluxûs hujusce sistendi necessitatem ostendere conati sumus, etiam hic omnino locum obtinet.

tinet. Nuncautem illud addendum est, mea quidem sententia ainmadversione non indignum, nempe ad genuinam fanguinis depurationem non tantum necessariam effe illam quarundam partium secretionem, quæ per fæces fit, sed requiritur etiam ut secernantur aliæ, tanquam flores, id quod in aliis etiam liquoribus opulentis atque heterogeneis quotidiè cernimus. Itaque si Diarrhææ nimium indulferis, mediam solummodo depurationem, tantopere expetitam, procurabis, atque etiam forsan, quod Re postremo in loco rejiciendum erat primo excernetur. Fateor equidem separatione illa per slores jam facta (quæ, ut obiter id attingam, sensim, & sine sensu peragi solet, atque plerunque paulo pleniori ARREST STATE nifesto) Diarrhæam, si forte acciderit, periculi non multum interminari: Sciendum tamen est, illam tum non aliunde accidere, quàm

quàm quòd purgatio 'subducent dis fæcibus dicata, non oppontune exhibita fuerit; quæ qui dem fæces mora suâ fermenti alli cujus maligni indolem adeptæ intestina jam ad excretionem in ritant, stimulantque; ut omittam dicere, liquidissimam illam excrementorum consistentiam (tallenim formâ plerunque visuntum satis indicare, ea pro criticâ mon bi solutione habenda non esse.

Atque hæc sunt illa symptomata, quæ in febribus occurreres solent. Sunt autem & alia quæ dam, quibus memorandis nun supersedebimus, partim quidem quoniam ea minoris momente sunt; partim verò, quòd peculitarem nullam curationem posturlent, sebre enim ritè tractatà

sponte sua cessant.

Forsan etiam inter symptomatas febribus supervenientia recenseri potest Iliaca passio, eo quòd vomitus enormes qui initio sebrium accidere solent, huic occasionem

quan

Ileus.

quandoque subministrent.

Horrenda hæc affectio est, & huc usque omnium fere judicio funesta, ex intestinorum motu inverso, ac præpostero originem ducens. Nimirum intestinorum fibræ, quæ à superioribus versus inferiora contrahi debent, contrahuntur ad superiora, & quæcunque in intestinis continentur non versus alvum sed ventriculum protruduntur, & impetu facto ad os regurgitant; adeo ut enemata, quantum cunque acria, emetica evadant, uti etiam cathartica per os assumpta per vomitum subitò excernuntur. Et, mea quidem sententia, exquisitus ille, ac intolerandus dolor huic morbo fuperveniens, non aliunde oritur quam ex præpostero intestinorum motu modò dicto. Cùm enim sinus illi quos multiplices intestinorum circumvolutiones constituunt, ita à natura formati sint ut ad descensum fæcum quam aptistimè conducerent, cùm ii, inquam, motui motui suis sibris contrario cedere cogantur, exoritur inde prædictus dolor; qui quidem uni parti instar terebelli insigitur, cùm aut valvula quæ ad initium coli apposita excrementorum ad ileon regressum impedit, aut alia quævis membrana ad sinum pertinens, vim hujus præposteri impulsus sola sustinet.

Hujus verò inversionis unde dolor ille exoritur duplicem causam assignare licet. Obstructionem nempe, vel irritationem.

Primò igitur quæcunque intestina vehementèr obstruunt ut
nihil per inseriora descendere valeat, hunc contrarium in intestinis motum ut producant necesse
est, & nemini non notum. In horum censum ab Authoribus reserri
solent sæces induratæ, slatus crassi
magnâ copia collecti, ac intestina velut in nodum convolventes,
constrictio intestinorum in hernia, inslammatio denique, aliique
tumores magni, qui cavitatem in-

ternam

De Sympt. Febr. Contin.

ternam intestini occludunt. Interim verò haud negandum quòd motus contrarius hisce causis originem debens, potius ingestorum, quàm intestinorum motus habendus, neque tac totius intestinorum ductus inversio est, sed illorum tantum qua super sede istius obstructionis sita sunt. Quam ob causam affectio iliaca hinc profecta, à me notha ap-

pellatur.

ten.

eden

pre-

unde

a cal-

intellinecelle

laho

The same

CERT

ntelli

reptes

n her

a light

CO II

2710

Secundò verò opinor, quòd in affectu iliaco causa inversionis peristaltici intestinorum motus ut plurimum ita se habet. Nimirum ex tumultuante sanguine in febre nuper conceptâ, in ventriculum & proxima intestina deponuntur humores acres & maligni, ex quibus ventriculus primò motum suum invertere ac violento impetu materiam mole-Itam in eo contentam per os rejicere cogitur: Ventriculi tandem motui validiori, intestina tennia ipsi continua jam debilitata majora in consensum trahuntur, vomituriente ventriculo quasi choream ducente. Hunc affectum verum ileum voco, & ille hujus loci est. Methodus eum curandi hactenus fere incognita suit, quicquid nonnulli jactent de usu argenti vivi, & globulorum, quæ præterquam quòd parum conducunt, noxam sæpe haud contemnendam inferunt. Ego cum selici successu hac methodo utor.

Quando liquet ex clysteribus per os rejectis & aliis signis verum este ileum, tunc in hæc tria enitor. 1. Ut contrarius iste ventriculi motus, qui similem motum in intestinis essicit, impediatur. 2. Ut intestina acri humore debilitata corroborentur. 3. Ut ventriculus ac intestina ab istis humoribus liberentur. Quibus indicationibus ut satisfaciam, curationem hoc ritu instituo. Primò salis absinthii Dj ex cochleari uno succi limonum mane, & se-

dis V

HE O

1127

抽

BEE!

随用

BUB

tur,

uali

MM

問題

Ilan-

mt,

相

100

Mile.

ten

172

CON

Mi.

曹

1

10

ro fumendum præscribo, intermediis vero temporibus aque menthe stillatitie fine faccharo, aliove quovis additamento cochlearia aliquot bis quaq; horâ propino, cujus vel solius repetito usu & vomitus & dolor ex eo natus subito evanescent. Dum hæc fiunt catulum viventem nudo ventri indefinenter accumbere jubeo. Postquam verò dolor cum vomitu per spacium diei unius, vel alterius omnino cessaverit, tum pil. coch. ma. 3j. in aqua menthæ, dissolutam exhibeo, quam etiam aquam (quò certiùs vomitûs recursum prævertam) toto catharseos tempore sæpius fumendam injungo. Neque ca-1, 2, 1 tulus removendus antequam usum pilularum æger aggrediatur.

Observavi frustra pilulas istas vel quodvis aliud catharticum, utcunque forte, propinari, donec ventriculo corroborato, atque adeo ad motum naturalem reducto, G2

ducto, intestina etiam ad proprium motum æquè reducta suerint. Aliàs enim cathartica omnia intus assumpta emetica evadent, & plus damni quàm commodi inferent. Inde est quod remediis purgantibus viam sacere: non aggredior donec per spacium quoddam medicamentis istis ventriculum respicientibus usus suerim.

coefe

Præscribo, ita ut nonnisicochlearian aliquot jusculi ex pullo gallinaceo parati sorbenda bis vèl ter im die permittam. Interim verò utt per totam ægrotationem in lector decumbat jubeo, donec persectæs sanationis signa appareant, ac etiam post sanationem per longum tempus in prædicæ aquæ usu persistere & laneis duplicatis ventrem à frigore bene desenderce impero, quo minus recidiva sinationem per longum trem à frigore bene desenderce impero, quo minus recidiva sinationem per longum trem à frigore bene desenderce impero, quo minus recidiva sinationem per longum trem à ser desenderce impero, quo minus recidiva sinationem per longum trem à frigore bene desenderce impero, quo minus recidiva sinatica est obnoxius.

Pauca hæc universam meam im

curando hoc affectu methodum exhauriunt, quam à nemine consulto ob simplicitatem suam & splendidioris sive verborum sive pharmacorum apparatûs defectum aspernatum iri consido. De symptomatis igitur hactenus.

000-

ren-

us fu-

er in

o ut

G₃ SECT.

Sectio Tertia.

KO

TOTE

indi

De Febribus Intermittentibus.

Am ut addamus nonnulla de: Febribus Intermittentibus 3 Primo loco, quò naturam illarumi atque genium conjecturâ saltemi assequamur, advertendum est, quòd in paroxysmis sebrium intermittentium hæc tria temporal spectanda sunt. 1. Tempus exborrescentia. 2. Tempus ebullitionis. 3. Tempus despumationis. Et guidem ad exhorrescentiams quod attinet (ut de his rebuss summatim loquar) ego illam exinde oriundam arbitror, quòd materia febrilis, quæ nondum turgescens à massa sanguinea utcunqui affimilata fuerat, jam tandem nom solum inutilis, verum & inimica lei naturæ facta, illam exagitat quodammodo

M.

dammodo, atque lacessit: ex quo fit, ut naturali quodam sensu irritata, & quasi fugam molita, rigorem in corpore excitet, atq; horrorem, aversationis suæ testem, & indicem. Eodem planè modo, quo potiones purgantes à delicatulis assumptæ, aut etiam toxica incaute deglutita, horrores statim inferre folent, aliaq; id genus fymptomata. Natura itaq; hoc pacto irritata (ut ad tempus ebullitionis jam transeamus) quô faciliùs hunc hostem à suis cervicibus depellat, fermentationem aggreditur, solennem nempe machinam, quâ in febribus, & quibusdam aliis acutis morbis uti consuevit, cum sanguinis molem ab intestinis inimicis liberare conatur: hujus enim effervescentiæ beneficio disjunctæ peccantis illius materiæ partes, quæ sanguini æquabilitèr admixtæ fuerant, aggregari quodammodo incipiunt, atque adeo leviori operà subigi possunt, ut ad despumationem opportunz eva-TENTOTO

grorum in angusto versantur; qui-

bus elapsis, tertium tempus, quod

despumationi dicatum est, infe-

quitur; quo succedente, sympto-

mata omnia primò leniora fiunt,

atque tandem plane evanescunt.

Despumationis autem nomine nihil

aliud fignificatum volo, quami

materiæ febrilis jam subactæ, &:

quasi devictæ, expulsionem, seur

separationem; atque illud quod!

separatur, partim (ut in aliis li-

quoribus cernere licet) florum,

partim fæcum rationem, & for-

tem obtinet. His ita positis vide-

amus, quomodo fiat, ut redeatt

paroxysmus, quandoquidem æ-

dant. Et quidèm ut hoc fiat, vel ex eo plurimum referre constat, quòd, qui ex sebribus intermittentibus moriuntur, siquidem in

paroxysmo pereant, in primo illo tempore (exhorrescentiæ scilicet) fato sungantur, nam si ad tempus

effervescentiæ pertigerint, saltem pro illå vice non moriuntur. Atque per hæc duo tempora res æ-

ofter dom

praci proje

Care Love

BII 400

西海

等得了

tea.

grorum

grorum fors in vado jam constituta videtur. Nimirum febrilis materia nondum tota emigravit, in fed, quemadmodum apum embrya statis temporibus sensim succrescunt, ita latens hæc materia pro typorum ratione denuò caput effert, ac novum negotium naturæ facessit, idem stadium decurrens quod in præcedentibus modò ostendimus. Nunc autem, si quis à me causam quæsiverit, cur fomes ille delitescens effervescentià præcedenti non satis subactus, ac proinde cum reliquâ materiâ peccante non expulsus, proindeque novas tragœdias daturus, non eodem modo in omni febre intermittenti progrediatur (nam punc to feel oned oned or feel or f unum, nunc duos, nunc tres dies exigit, priusquam ad maturitatem perveniat, novumq; paroxysmum excitet) de hac re, inquam, si quis mihi negotium exhibeat, ego plane me nescire fateor. Neque verò quisquam alius, quòd sciam, in hâc causâ tam præclarè

clare se gessit, ut arcanum hoc o- kid pus naturæ satis enarrasse videatur. Ego Philosophi nomen nom adue ambio; & qui titulum illum fee in mereri existimant, atque me fortaffis hoc nomine culpandum putabunt, quòd in hæc penetralia and non irrumpere conatus sim; moneo illos, ut in aliis naturæ operibus, quæ ubique nobis obverfantur, vires suas experiri velint, antequam aliis dicam scribant. Libenter enim quæsierim, cur equus ad anun suam pertingat septem annorum spatio, homo 21. cur in plantarum regno, hæc mense Maio, illa Junio, ista alio, florere soleat; ut innumera alia nunc fileam. Quod fi doctiffimos quosq; viros non pudeat suam ignorantiam in his rebus palam fateri, non video, cur mihi vitio verti debeat, si in re non minus difficili, atque forsitan prorsus inexplicabili, manus ab air 1020214 abstineam: quippe cum persuasissimus sim, Naturam non minus hic loci

Tex

10

loci quàm in aliis quibuscunque methodo quadam certâ, atque ordine progredi: quartanosa emim (ut sic dicam) ac tertianosa materia non minus naturæ legibus subjacet, iisq; regitur, quàm alia

corpora qualiacunque.

Febrium autem intermittentium quædam Veris sunt, quædam over Autumni. Quamvis enim in tempestatibus intermediis nonnullæ oboriantur, quoniam tamen illæ, & minus frequentes funt, & ad prædictas reduci possunt (illas nempe, quibus magis appropinquant) ideireo illas omnes sub duobus hisce generibus, Vernalibus nempe atque Autumnalibus, complectar. Et quidem usq; adeò necessaria est hæc febrium distindio, ut nisi eandem in praxi sedulo contemplemur, neque de earum duratione prognostico aliquo ritè facto quicquam pronunciare, neque commodo regimine ægrorum corpora curare poterimus, habita tum tempestatum tum tum naturæ febrium diversæ ratione. Verum quidem est, sebres utriusq; tempestatis ingenium non planè dissimile nancisci, sive modum spectes primi insultus, qui cum horrore primò incipit, mox in calorem erumpit, ac tandem per sudorem solvitur; sive typorum discrimina, quorum respectu quædam Tertianæ sunt tum Vere, tum etiam Autumno. Interim tamen non dubito, quin sebres istæ tota sua natura, sive essentialiter

fecen

telije

quali

Dany

deg

08/12

剛

加

地

HO:

TO

Ritag

MA

III.

ren

800

Dan

BOT.

D.

distinguantur.

Atque ut de Vernalibus primò dicam, illæ omnes vel Quotidianæ sunt, vel Tertianæ, & vel seriùs, vel ocyùs ingruunt, pro vario tempestatis apparatu. Nam
per brumale frigus spiritus concentrati vires in suo recessu sibi
acquirunt, quos appropinquantis
postea solis calor jam vegetos evocat, qui cum viscidis humoribus (minùs tamen viscidi sunt hi,
quàm quos in Autumno prægressi servores excoxerunt, ac torrefecerunt)

fecerunt) commissi, quos durante hyeme natura in sanguinis massâ congesserat, dum avolare nituntur, implexi detinentur & quasi irretiti, adeóque vernam hanc ebullitionem concitant. Eodem planè modo, quo vasa cerevisia repleta, atque in arena vel cella frigida diutiùs reposita, si igni admoveantur, tumultum statim concipiunt, & liquor ad volatum pronus est. Sanguis hoc modo affectus purgationem sui molitur, atque spirituum volatilium ope negotium hoc sat citò peragit, nisi forte nimiâ viscidorum succorum vi instructus fuerit, qui fermentationem cœptam remorentur; & licet hoc ipsum accidat, effervescentia tamen verna rarò continua, suiq; similis manet, verum dissilire, atque in diversos paroxysmos quasi findi solet. Sanguine enim opulentis hifce spiritibus jam turgido, natura negotium suum quasi præceps aggreditur, & quarundam partium fecre-

sitz.

aliter

1

0 45-

NI CON CONTRACTOR AND CONTRACTOR AND

secretionem ad modum perfectar M folutionis per paroxyfmos partii-punt culares peragit, priusquam uniiversali separatione defungaturi Atque hæe mihi quidem ratio nom inidonea videtur, quod vernia inpo tempestate, præsertim illå, quæ æ:statem propiùs attingit, vel paus- paros cæ, vel omnino nullæ febres contiinue occurrant (nisi forte constiltutio fuerit epidemica;) fermenttationes enim tunc temporis obortæ vel subitò consopiuntur, vell min ad intermissionem properant; veil denique partes humorum ad feparationem proniores, præmaturè, & cum vi quadam aliò transferuntur; ex quo mox Angina; Peripneumoniæ, Pleuritides, aliæque id genus pestes succrescunt; quæ desinente potissimum Veres in caput fuum exerunt.

Has itaque febres intermittentes variis modis & quidem cum optato exitu aggredi licet, utii mihi non infrequenti observatione

abunde constitit.

Non

Nonnunquam Emeticum tempestivè propinatum, ut nempe
mante paroxysmum negotio suo defungi possit, felicissimè successit,
præsertim si largam Diascordii domin post sinitam emetici operatiomem exhibueris, immediatè ante

paroxylmi infultum.

Est ubi sanitatem videas institutam per diaphoretica, quæ sudorem in paroxysmi solutione obortum promoveant, ægro interim optime stragulis cooperto; id quod tantopere, ac tamdiu saciendum est, quamdiu vires ægri patiantur. Atque hoc in Veris intermittentibus, præcipue Quotidianis, sæpe obtinuit: humoribus enim in hac tempestate non admodum crassis existentibus, solutio, aliàs imperfecta sutura, in perfectam adolescit; quod quidem in Autumno nunquam accidit.

Quid quod, Clysteris, in diebus intermittentibus per triduum vel quatriduum exhibiti, beneficio, Veruntamen, si ob phleboto miam, liberiori manu celebratam, quò tempestas ipsa parùm cautos facilè inclinat; vel ob ægri debilitatem antecedaneam, spiritus illiqui subitò ad despumationem se accingerent, pauperiores factti minùs valeant; accidere potesti ut hujusinodi sebres Vernaless. Autumnalium diuturnitatem æmulentur. Sed sanè non solemi illæ eousq; durare; quippe quae vel sponte sua desinant, vel leviori remediorum ope facilè in sugam vertantur.

Intermittentes autem Autuminales non tam levi operâ se amoreveri patiuntur. De illis igitum nonnulla mihi dicenda sunt. Si Autumnalis constitutio suerit epindemica, circa Junium adultum solent invadere. Sin minus, Autumnalis præstolantur & Septembris initium 5 in subsequentibus verde mensibus rariùs occurrunt.

Cùm

Cùm earum ingens aliquod agmen simul invaserit, observare licebit earum paroxysmos plerunque una eademq; diei hora contingere, accessionibus nunc prævertentibus, nunc postponentibus, simili planè modo, atque eodem tenore: nisi quod accidere
queat, ut ordo ille medicamentis
adhibitis, quæ retardandi, vel præcipitandi vi pollent, in quibusdam corporibus immutetur, vel

pervertatur.

ibus.

FIZVE

ebete

catam

ri debe

mus H

tioned

state

potelta

emales

00 2

folian

ne qua

£7101

lyan)

物間

hu

胡

Typorum ratione vel Tertianæ funt, vel Quartane. Atque de Quartanis quidem illud merito affirmari potest, eas genuinam esse Autumni sobolem. Utræque profectò eà affinitate inter se connexæ funt, ut sæpenumerò vices permutare, saltem ad tempus, deprehendantur, mox fortaffis ad pristinum genium redituræ. Sed Tertianæ vernales, Quartanarum typos nunquam induunt, cum toto (ut ita dicam) cœlo à se invicem distiuguantur. Neque porrò obser-H

observavi unquam, hâc tempestate, Quotidianam contigisse, nisi quis Tertianam duplicem, vel triplicem Quartanam hoc nomine censuerit daves No pus appellandam.

Has autem febres intermittentes eo ferè modo suam originem nancisci arbitror quem nunc summatim attingemus. Nempe anno furgente, atque progresso, sanguis etiam pro ratâ proportione exaltatur (haud secus ac vegetabilia quævis augmentis atque declinationibus suis anni cursum referunt) donec ad anuir suam, ultimumq; vigorem pervenerit; hinc parallelis motibus cum tempestatibus anni pergens, eo declinante relaxari tandem & ipse incipit; ac tum præcipuè cum ab accidentali aliquâ causâ promotus fuerit, putà sanguinis immodica jactura, frigore admisso, cibis crudis, atq; excrementitiis, balneorum usu intempestivo, aliisque non paucis... Jam si sanguis in hoc decidentiæ statu constitutus eousque prolabatur; effa-

Dil.

III-

batur, ut œconomiam suam tueri, atque præsenti sorte fortunas suas sustinere nequeat, Natura novum confilium meditata eò tandem inclinat, ut aliam quandam texturam effœtæ massæ præparet,adeoque novas res molitur; id nimirum agens, ut partes sanguineæ molis, quæ immutationi magis inserviunt, quam commodissime sel separentur. Atque huc spectat ebullitio mox inducta, quâ liquorem sanguineum quandoq; valdè degenerem corripiente, febris inde oriunda mali moris este solet, & malignis, atq; horrendis symptomatibus plenissima. Illud utcunq; accidit, ut sanguis spiritibus inte suis magnam partem exutus, & ab æstate præcedenti plurimum adustus, ebullitione suâ non nisi ardissimis motibus defungatur, www.despumationi longissimam periodum postulet.

Jam verò ut manifestum evadat, quam difficulter hæ febres Autumnales puta) curationem H 2 ad-

admittant, hoc loco perpendendum est; Continuarum hujus tempestatis atque intermittentium discrimen in eo maxime versari, quod continue conceptami semel effervescentiam unoque tenore perficiant; intermittentes autem partitis vicibus, ac diversis temporibus eâdem defungantur. Interim in utrifq; fermentatio naturæ ductu peragitur spatio horarum 336, aut circitèr : neque enim citius, autt tardiùs massa sanguinea in humano corpore ordinario repurgatur. si negotium naturæ permiseris haud secus ac pomatium suam vinum, atque cerevisia suam ac peculiarem habet periodum quâ depurentur. Quamvis au tem in febribus intermittentibus sanguis nonnunquam (ut Quartana contingit) sex mensium spatio despumationem suam moliatur, ac tandem perficiat non tamen (si ritè calculum por nas) plus temporis in eadem obfolven

solvendâ impenditur, quam quod in continuis impendi naturaliter folet: quatuordecim enim אינא folet: μέρια, sive dies naturales efficient horas 336; tribuendo nempe horas quinque cum dimidia cuilibet paroxysmo quartanarum, habebis in quartana valorem 14 dierum, b.e. horas 336. Jam si quis dixerit, quartanam, verbi causa, (eadem enim reliquarum intermittentium ratio subintelligenda est) ultra sex mensium spatium aliquando excurrere, antequam periodum suam absolvat; respondeo, idem etiam non rarò in continuis febribus spectari, quæ sæpe ultra dies quatuordecim protrahuntur: in utroque minimirum casu, si effervescentiam (præsertim circa febrium finem) ritè, atque ordine decurrere ac sustineri vegetam curaveris, depumatio intra prædicti temporis patium, hoc est quatuordecim mdierum vel 336 horarum, peragetur: quòd si verò effervescen-H 3 tiam

tiam illam, seu fermentationem, refrigerantium medicamentorum aut clysterum usu tunc temporis; [10] (scilicet versus febrium declinationem) importune inhibueris, & quasi frænum illi injeceris, mirum non est si in longum evagentur, ordine quippe naturæ perturbato. Namque hoc modo re- 18, laxatur quodammodo sanguiniss mo humani tonus, unde se ad despumationem accingere cum ou affectunequit; immò verò im o corporibus debilibus, & effœtis idem aliquando vel sponte accidit, nifi cardiacorum ope naturam im illis languentem adjuveris, quò in sanguini despumando par sit.

Verum illud hie jam porrò notandum arbitror; ea quæ de fermentationis spatio atque continuatione suprà tradidimus, dei
illis solummodo febribus intelligenda esse, quæ statam quandam
naturam, atque habitum nactæ
sunt. Sciendum enim est, neque

effee

esse tum continuas, tum intermittentes, quæ transeuntis & intorund certi genii sunt, neque in suis effervescentiis ad destinatam periodum pertingunt. Hujus generis sunt, quæ à levialiquâ offensâ ex sex rerum non naturalium quas appellant, ut cibi, potûs, aëris, & his similium, abusu nonnunquam ortum ducunt : his enim morbis correpti subitò sæpe convalescunt. Idem etiam in adolescentulis, sanguine puro, ac multis spiritibus referto præditis, aliquando accidit: nimirum febres illorum spirituosa quadam ac nimis tenui, volucrique materià nixæ, fermentationes suas citiùs perficiunt, acceleri gradu spatia sua emensæ evanescunt. Ad fermentationem enim illud primariò requiritur, ut materia fermentescibilis, sive illa sanguis fit, five vinum, aut alius aliquis liquor quilibet, eâ tenacitate & viscositate polleat, ut spiritus implexos, atque irretitos eatenus detinere H 4

detinere valeat, ut in liquoris massa moveri atque agitari possint, eodem serè modo, quo aves visco captæ, aut muscæ, atque apiculæ melle detentæ, motitare quidem, & murmura sua peragere possint, avolare interim non valentes. Neque tamen (ut obitèr illud dicam) eam tenacitatem obtinere debent liquores memorati, ut spiritus prorsus obruant, opprimantque adeo ut non omninò moveantur.

arui

Mit

研

800

127

10

M

taty

IR.

201

di

Hic jactis fundamentis (quæ quidem nescio an aliis, mihi certè ratione non contemnenda niti videntur) mirum non erit, si illis non aliam medendi methodum superstruam, quam quæ in febribus continuis ad despumationis debitum opus ritè perficiendum adhibenda videtur : cum nimirum illæ a continuis nullo discrimine sejungantur, si ordinem spectes, quo natura earundem materiam expellere solet, scilicet per effervescentiam certa periodo com20 20

hare a

DETA-

BOTES !

05-0-

過過是老海海海海

comprehensam. Etsi quod ad earum speciem, atque naturæ proprietatem attinet, illas & à continuis, & à se invicem plurimum differre non diffitear. Itaque vel methodum, quâ se natura liberare ab hoc morbo folet, cautè, taina solliciteque observando, indicin (at um sumere oportet, quo fermentationem obortam acceleremus, atque ita ad fanitatem ægros perducamus; vel in ipsam causam en little specificam penetrando, danda erit opera ut remediis efficacibus, ac specificis morbo obviam eatur. Ab horum altero indicationes sumendæ sunt. Ego utramque viam ingressus aliquando fui, atq; illæså (uti opinor) verecundià profiteri possum, non sine summâ curâ, atque attentione animi indefessa; sed nondum eam felicitatem adeptus sum, ut Autumni febres intermittentes certà aliquâ praxi, atque medicandi ratione tollere possim, antequam statas illas fermentationes (de qui-

ter

fat

加加

quibus suprà locuti sumus) peregerint; utcunque molestum hoc febricitantibus videatur, qui eousque sanitatem suam expectare inviti coguntur. Revera autem si quisinter mortales reperiatur, qui five methodo aliquâ certà, sive remedio specifico adhibito, febrium harum intermittentium cursum non solum inhibere, sed etiam omninò abrumpere novit; existimo eum omni jure teneri, ut humano generi rem illam summoperè expetendam patefaciat : quod si non fecerit, ego illum nec boni civis, nec prudentis viri nomen mereri pronunciare ausim; Neque enim civis boni est, illud in rem suam vertere, quod toti generi humano tam ingens beneficium apportet; nec viri prudentis, divinâ benedictione semetipsum privare, quam à summa bonitate liceret expectare, si ad publicum bonum promovendum se accingeret. Honoris autem, ac divitiarum longe minor

utibus.

Den -

altum hoo

Ep qui

A expecta-

es reperi-

30th00 ad- 4

intermit-

ha ishi-

abrumpe-

sin onni

expeter-

non fe-

DI CIPIS, A

n mater si

que enim

rem fuzza

ai huma-

mappor-

minor apud probos ratio habetur, quam virtutis, & sapientiæ. Intereà temporis, ego rem illam ut satis difficilem arbitror, ita etiam periculosam esse non dubito. Cu-(6Y6T) 811-19 jus rei luculentum exemplum à ndo alquid pulvere illo (quem Jesuitarum appellant) sumere licet. Quamvis enim pulveris illius usu fermentationem ad præsens inhibere possimus, materia tamen adhuc residua, quæ fermentando dissipari debet, intra breve temporis spatium vires suas redintegrat, novumque bellum naturæ indicit. Novi quartanam per aliquot annos durasse, dum hujus pulveris repetito usu subinde interturbaretur: immò quosdam pulvis ille, immediate ante paroxysmum exhibitus, è virâ sustulit; etsi inficias ire nolim hujusmodi medicamenta in febrium harum declinatione prudenter & caute adhibita, aliquando profuisse, & paroxy mos omnino fustulisse; inprimis verò, si tempestate quoad iftos

istos morbos minus epidemica u-

surpentur.

Veruntamen etiamsi ex iis quæ! nunc annotavimus, vix aliquai spes sanitatis ocyùs restituendæ: nobis affulgeat; Medico tamen docho & sagaci locus relinquitur, quii sanguinis debitam depurationemi procuret, quò intra limites à natura definitos ea peragatur, atque etiam ut symptomatibus illis occurrat, quæ in hoc morbo contingere: folent, ac supervenire. De hac reigitur paucis & quatenus illiuss natura fert, brevissimè dicam; utrumque genus eâdem operâ complexus, quòd eadem fere medicatio utriq; (tertianæ scilicet, atque quartanæ) conveniat.

Si itaque harum febrium alterutra correptus æger vel infans sit, vel ætate sloreat, convenit omninò (quantum ego hactenus edoctuss sum) nihil medicamentorum quorumvis ope, aut aeris, acc diætæ mutatione moliri. Nihill enim hinc mali natum hucusques intelintellexi, si modo totam rem naturæ permiserim. Id quod ego non sine admiratione præcipue in infantulis sæpe observavi; sanguine namque depuratione sua defuncto, febres illæ sponte sua evanuerunt.

Quodsi autem è contrario vel strictiori aliquo regimine utaris, vel medicamenta purgantia subinde adhibeas, (adhiberi scilicet solent eo prætextu, ut obstructiones expediantur, atque humores, in primis viis stabulantes, exturbentur) vel si, quod præcipuum
est, in constitutione epidemica venæ-sectio celebretur, siet ut morbus in longissimum tempus procurrat, atque interim ut ægri mille
symptomatibus, iisque periculosissimum tempus pro-

Si verò febricitantes provectioris etatis sint, ex utroque morbo
non solum diuturnitatis, verùm etiam ipsius mortis grave periculum imminet. Hic itaque medicum
illud agere oportet, ut naturæ

fup-

suppetias ferat, eamque illis adminiculis sublevet, quibus ad ne:gotium suum peragendum opuss ## habuerit. Certè enim in effœtiis corporibus, nisi fermentatio, cardiacorum & corroborantis diætæ beneficio sustineatur, illud accidet, ut ægri incertis atque frustra-neis paroxysmis divexati debilitentur, atque morbus eousque mi duret, donec languida priùs na- le tura, paroxysino aliquo graviore correpta, ad ebullitionis tempus pertingere non possit, adeoque in ipso exhorrescentiæ tempore diem suum obeant ægroti : atque hoc in senibus non rarò usu venit, qui longa catharticorumi con serie debilitati fuerunt; imò, ut! m aliquando visum est, in ipso vell in primorum paroxyfmorum rigore: In penitus defecerant, cum exhibito cardiaco fatis forti faltem ad tempus aliquod fustineri potuislent.

Cum sanguis tempus illud exegerit, quod ad despumationem suam fuam perficiendam requiritur, necessarium est, ut provectioris etatis ægri eodem ipso tempore, vel indipaulo antea, infignem aliquam aëris mutationem subeant; sive (quod potius optandum esset) in calidiorem aliquam regionem commigrando, sive mutando saltem locum in quo primum hoc morbo correpti funt. Mirum fanè est, quantum valeat hæc aëris mutatio ad morbum hunc prorsùs abigendum. Interim ut ante hunc temporis articulum aër mutetur, non tantum non necessarium est ad sanitatem ex hoc morbo restituendam, sed & minus convenit. Etiamsi enim quis in regionem quantumcunque Australem & calidam migraverit, sanguis tamen ejus in morbido hoc motu semel constitutus, depurationem suam ut peragat necesse est; quod quidem beneficii frustrà expectabitur ab inusitato novoque aëre, priusquam procedente atque adulto jam sanguinis motu

motu sanitatis recuperandæ co pax fuerit. Infignis ergo illa aën an mutatio tum demum adeunda est del cùm primum æger à paroxysm liberari potest. Exempli causa, Il no Quartana, quæ primum in Autum no invasit, non citiùs aër mutam non dus est quam circa Februarii initti eti um. Interim si æger mutare le cum vel nolit, vel commode nee queat, oportebit ut hoc ipfin bon temporis articulo, forti aliqui medicamento utatur, cujus en in fint vires, ut uno quasi ictu lain win guescentem illam depurationem potenter promoveat, &, si fiet min poterit, perficiat. Ad hanc rem consulerem ego, ut Electuarii di Im Ovo, vel Theriace Andromackh met drachma una semis in Aquæ Cat lestis vel Aquæ-vitæ communis unciis duabus dissoluta exhibeat tur. Id quod à me cum succession cessu non infelici in morborum hujusmodi declinatione factum est. Licèt agnoscam calidiora hæc citiùs exhibita vel morbum duplii

ations,

so son

illa aen

anavian

in Jalua

er mutan

oc john

四部首

duplicare, vel in febrim continuam permutare; quod ab aliis jamdudum observatum est. Idem in juvenibus hoc morbo detentis sieri potest, cautelà adhibità. Ut autem in puerili ætate idem siat, non tantum non convenit, verum etiam periculo non vacare pridèm observavi.

Notandum est in horum morborum principio (Tertianæ verò præcipuè)nonnunquam contingere, ut effervescentia in juvenibus, ac robustis eousque adaugeatur, ut meritò tutiùs existimes ingruentitempestati occurrere, quam rem totam Naturæ committere. Hoc autem commodissimè siet Emetico in die aliquo intermissionis propinato: illud enim medicamentorum genus plerifque Autumnalibus morbis apprime convenit, & symptomatibus illis præcavet, quibus iidem in vigore funt obnoxii. Verum hoc facto, restota naturæ permittenda est. Neque verò crediderim, ingenrem

int

pofi

conf

fabi

ten

ell

bene

Ann

Table 1

Gio

tem illum atque atrocem hujus effervescentiæ insultum, qui primos paroxysmos Tertianarumi præcipuè, comitari sæpenumerò) solet, tam alicujus malignitatis; effectum esse, quam ipsius morbii vis atque roboris: quilibet enimi paroxysmus, continuæ febris instar est & compendium; adeoque majori atrocitate ægrumi aggreditur quam continua febris, donec paroxysmorum aliquot: progressu, morbi viresaliquousque retundantur. Verum (ut: ut id sit) quandoque accidit, ut: præ violentia hujus effervescentiæ atque motu effero, Tertiane Autumnales (in juvenibus præcipuè) depuratione suâ ante destinatum tempus defungantur, adeoque post paroxysmos non multos evanescant; opere nempe naturæ præcipitato. Quartanæ autem non tam cito pede cursum suum peragunt, nisi forte æger eodem morbo jam antea desunctus suerit; namque in hoc casu licett

hoje

of bil-

and a

Versio

设自然

mont

et eous

DIE 10

10 00-

Wills.

STOTA

alignot

HOLOUR

回位

t. Bt

cen-

et and

PAN-

II , 20-

100

De Mi

2 311

urfum

製門

de

CA.

licèt paroxysmis aliquot exerceri possit, medicus tamen illius rei conscius, sidentèr morbum illum subitò evaniturum prædicere poterit: quod observatu dignum est.

Priusquam huic argumento claufulam addamus, illud monendum venit. Ea quæ de febrium Autumnalium intermittentium duratione, atque de tempore ad fanguinis despumationem requisito dicta jam sunt, ita intelligenda esse, ut nos illud solum nunc spectemus, quod Natura vulgaribus atque usitatis tantum medicamentis suffulta præstare soleat. Nequaquam enim eo confilio de his rebus ita locuti sumus, ac si doctos & solertes medicos despondere animum velimus, atque vel de melioribus medendi rationibus excogitandis, vel nobilioribus remediis inveniendis spem totam abjicere, quorum ope hujusmodi morborum sanationem accelerent: tantum enim ego pro-

profectò ab hoc proposito absum, ut non desperem velà me ipso tale quidpiam sive methodi, sive remedii aliquando repertum iri.

Sublato morbo æger sedulò purgandus est; incredibile enim dictu, quanta morborum vis ex purgationis defectu post febres Autumnales subnascatur. Miror autem hoc à Medicis minus caveri, minus etiam admoneri. Quandocunque enim horum morborum alterutrum paulò provectioris ætatis hominibus accidisse vidi, atque purgationem etiam omissam; certò prædicere potui periculosum aliquem morbum eosdem postea adoriturum, de quo tamen illi nondum somniaverant quasi perfectè jam sanati.

Purgantia, quibus uti soleo, eadem serè sunt cum iis quæ post sebres continuas exhibenda suasi; atque ea ter quaterve repeti jubeo, uno die interposito. Vel si major aperientium apparatus de-

fidere-

dum,

otale

vis a febra Lib

moneri.

maar-

prove-

201

open.

dice

quen

per

faleo

e poli

eti it

Vel ti

tos de

files*

sideretur, sequens Apozema exhiberi possit. Rec. rad. Rhabarb. Monachor. 3ij. rad. asparag. brusci, petrosel. & polypod. quer. aa 3j. cortic. mediani fraxini, & tamarisci aa 31s. fol. agrimon. ceterach. & cap. Ven. aa M. I. Sennæ mund. ils. irrorat. Ziij. vini albi epithymi 3ss. agarici troch.3ij. sem. fæniculi)iv. Coq in aq. font. ad bis. sub finem adde succi aurantior. Ziij. In colaturà dissolve syr. cichor cum rheo, & magistral. ad melancholiam aa Fis. f. Apozema, de quo cap. Hs. sing. matutinis per triduum. Et repetatur quoties opus fuerit.

Diligenter autem attendendum, si cessantibus paroxysmis citò nimis purgationem aggrediaris, periculum esse, nè illi redeant; nimirum ex tumultu, quem Cathartica, etiam leviora, in humoribus excitare solent.

Sæpe accidit, Hydropas ex causâ prius memoratâ supervenire. Verùm illi facilè aperientium, & Catharticorum ope sanantur, si-I 2 quidem

118 De Febr. Intermittentibus.

quidem recens affectus fuerit. Neque mihi molestum est, quoties hinc natum morbum audio, atq; intelligo; nempe de rei exitu omnia bona tunc temporis animo concipiens. Nonnullos enim usu Apozematis jam præscripti vel sine admistione hydropi magis ap-

MED

inta

me

es, i

(at

ar

RES

dit

800

propriatorum, perfanavi.

Observavi frustrà esse, si quis hydropem ex febri intermittenti natum medicamentis tollere conetur, sebre illà adhuc durante; sebris enim prosectò hoc pacto radices profundiùs agere deprehendetur, non autem amovebitur hydrops. Expectandum itaq; donec febris exulet, ac tum demùm negotium prosperè suscipiendum.

Infantes post febres Autumnales tum Continuas tum Intermittentes, Hectici aliquando siunt;
ventres eorum inslati, tumentes,
ac duri evadunt; sæpe etiam tussis, aliaq; tabidorum symptomata
subnascuntur, quæ Rachitidem
planè mentiantur. Hos ego sequenti

quenti modo tractandos confulo. Paretur potio cathartica, quam in febrium continuarum fine affumendam præscripsi. Hujus capiat infantulus Cochl. j. vel ij. plus minus pro ætate, mane per 9 dies, uno atque altero die, si opus fuerit, intermisso. Interim verò purgatio ita moderari debet, ac regi, dosem vel augendo vel minuendo, ut ultra 5 vel 6 sedes singulis diebus non procedat. Post finitam catharfin totus venter inungatur linimento aliquo apertivo per aliquot dies. Sequenti uti foleo. Rec. ol. lilior. & tamarisci āa zij. succi rad. bryoniæ, & apii
āa zij. bulliant ad succorum consumptionem, addendo unguenti de
althæâ, & butiri insulsi aa zij. gum.
ammoniac. in aceto soluti zss. ceræ
slavæ q. s. f. linimentum. Sanè
quamplurimi infantes, etiam verâ
Rachitide laborantes, hâc methodo à me liberati suerunt. do à me liberati fuerunt.

Veruntamen cavendum sedulò, nè purgationem aggrediamur nili

tomati

De Febr. Intermittentibus.

nisi febre jam perfecte fugata: licèt enim hoc pacto humoris in in partes naturales amandati portio quædam evacuari non sine causal omi videri possit; nihilominus ab ip- qui sâ febre nova subinde pravæ materiæ copia suggeretur, quæ noni folum purgationem reddet frustaneam, verum & ipsum morbumi diuturniorem præstabit, ob rati-

ones anteà memoratas.

Observatu non indignum est, quod cum febres autumnales teneram ætatem diu cruciârint, nullat spes sit easdem abigendi, donec: abdominis regio, circa lienem præcipuè, indurari, atque tumefieri occceperit; iisdem enim gradibus, quibus hoc symptoma supervenerit, febris etiam fugami meditatur. Neque forte ex meliori aliquo prognostico morbumi hunc brevi abiturum dixeris quam si sedula animadversione: suboriri hoc symptoma perspexeris. Idem porrò in crurum tumoribus obtinet, qui in adultis aliquando spectantur. Mul功能。

Multa etiam alia funt accidentia, quæ morbos hosce consequi folent, ob purgationem vel non omninò, vel non ritè celebratam; quibus in præsentiarum enumerandis supersedebimus, cum curationis eadem ferè ratio sit utrobique, nempe sedimenti ab effervescentiâ præcedaneâ depoliti repurgatio, quippe quòd fuâ morâ malis hujusmodi materiam præbuerit. Quanquam liceret hic loci non contemnendum symptomatis genus referre; quod non tantum purgationibus, & evacuationibus aliis quibuscunque, venæ sectioni præsertim, cedere dedignatur, verum & ab illis vires fibi acquirit. Illud autem peculiaris quædam est, ac sui generis mania quæ febres Autumnales nonnunquam excipit. Fortaffis posthac(re probè perpensâ) statuendum videbi-SELS, tur, manias complures, quæ communem medicandi rationem afpernantur, & post evacuationes fortiores adhibitas, in miseram quandam

122 De Febr. Intermittentibus.

quandam stultitiam degeneranites, nonnisi cum ipsâ ægrorum vitâ terminantur; has (inquam') plerasq; omnes febribus Autuminalibus diuturnioribus supervenisse. Miratusq; sæpenumerò sum, nullam hujus rei mentionem alb Auctoribus factam fuisse, cum non rarò accidisse viderim. De curâ illius nihil mihi nunc dicendum videtur; licet enim haucdnot pauci sciunt, me non sine prospero successu tractasse hunc morbum, nondum tamen videor remain ipsam pro dignitate satis pensitassse, ut cum prudenti fiduciâ medendi rationem publicè exponam.

SECT

动机

Sectio Quarta.

De Variolis.

Uandoquidem in more pofitum est, ut qui de Febridu us disseruêre, variolas etiam, &
morbillos attingant; ego iisdem
morbil

Existimo itaque variolas, morcomo esse sanguini superinductum,
novum quendam statum quasi ascectanti. Est enim sanguis humanus luxuriantis cujusdam ac prædivitis naturæ liquor, multosque

in se succos opulentos completo tur, adeog; per totum vitæ ca riculum in eodem statu rarissiin persistit; verum deposito (ta quam exuviis) nativo genio, au contextu, semel saltem in vii insignem aliquam mutation subire aptus natus est, novamq (ut sic loquar) formam indue: Atque hæc mihi de his rebus fæ meditanti, non inidonea ratio sa est, cur illorum sanguis co nondum hanc mutationem pass est, eandem tam facile subeau levissimo enim impulsu illuc ince nat vel ex ipsis effluviis ex ægm tantium sanguine transmissis; no secus ac poma quæ ipsa matul sunt, etiam ea quæ in vicinia m periuntur in eandem conditii nem perducere solent. Atque dem in multis aliis corporibil cernere est, quæ vel junctis si perficiebus, vel influxu quodan è longinquo se invicem afficium & licèt pleraque illorum sangui neâ massâ (quæ tenerior est, an

qui

e ¿vuerácon () multo minus ad itationem prona videantur, unq; tamen ad similitudinem acdunt ac si eandem appeterent. quidem hâc ratione contagion hujus morbi naturam non miri saltem verisimilitudine derare licet, quam ea quæ ex edem malignitate adduci solet; in & multo meliùs nodos illos plicat, quos nectere sibi viden-r, qui variolarum causam in manam aliquam, atq; venenatam ateriam in sanguinis mole hostantem, atq; ab eâdem expulm, rejieiunt. Neque enim vio quî fiat, ut momento quasi mporis, fanguis alicujus, quem ox istà contagie affectum suppnemus, tanto purulento illius ateriæ apparatu instructus sit, antus in hoc morbo secernitur. ti nec illud mente assequor, siuidem contagium à maligna aliua causa suggeratur, quamobm is qui illo afficitur, atque è orbo suo convaluit, postmodum

dum novi contagii non tam car fit, atq; antea fuerat, ex varia torum (ut sic dicam) convidend Certè in aliis morbis ex maliidanos aliquâ causâ dependentibus; quotidiè cernimus; qui enim coquat fœmina rem habuerit lue verbille reâ inquinatâ, non minus ettilum postquam semel atq; iterum isto morbo convaluerit, in edinte dem proclivis est, quam si mulitio quam hactenus eo detentus ffu set. Neque verò nescio, qui qui riolas aliquando passi sunt, nocho nunquam in easdem denuò pro la bi; sed nempe rarius hoc continu git, quam ut causæ nostræ qui quam incommodi afferre posti proh universim enim loquendo, de semel variolis defunctus est, los futuro tutus ab earum incursu incursu putatur. Materiæ autem excree impuritas fœditasq; in hoc mada bo, præsertim quando tempesta autumnali invaserit, spectari scolo ta, non magis malignam, atq; w nenatam illius naturam fignifica ad qua

muluim ejuschem contagiem id signamiscasse jam diximus: sanguis emultim cœptâ hâc immutatione renomultim cœptâ particulas ejusmodi selegit,
multim composition composition con composition compo

Porrò neque illud malignitatem variolarum fatis arguere viletur, quòd secreta materia tam
profunda vestigia, dum per carnes viam sibi facit, in corpore
nostro relinquat (in autumno
præcipuè, atque hiemis initio,
quibus temporibus altiùs illa stigmata variolæ nobis inurere solent) cum idem planè essectus ex
cujusvis serè ulceris pure consequatur. Atque quò luculentius
adhuc pateat, non particulas ali-

quas venenatas in sanguine præexistentes, eundemque ad sui propulsionem irritantes, hujus mon bi veram causam esse, sed ipsum sanguinem, mutationes istas affecchantem, eo quo dictum est mo do: sæpe observare licet, quoil dam ex hoc morbo, etsi profundii vestigiis non omnino deformess totâ tamen vultûs specie, ejusquie lineamentorum ductu, quafique ipsius corporis fabrica, eousque immutatos fuisse, perinde ac variolarum interventu perfectara quandam renovationem massæ Natura designasset.

Verùm sive hæc ipsa, de qua lo cuti sumus hactenùs, de variolar rum ortu sententia (quam nequi novitatem affectans amplector neque cui ab aliis meliora edoctu pertinacitèr adhærebo) verissi milior sit, sive aliâ aliquâ ration commodiùs explicari possit, nom magnoperè pugnabo: profectio enim curandi indicationes eædem semper manebunt: adest enim

fempee

semper materia quædam, quæ separari debet, atque expelli, quorum utrumque nisi siat, actum est

de virâ ægrotantium.

ai pro

etas affe

Quapropter ut fundamento alicui, medendi methodus superstruatur, notandum est, duo esse hujus morbi tempora; quorum primum separationis est: secundum expulsionis. Atq; primum quidem illud tempus plerung; cum febrili ebullitione transigitur, quæ quatuor primis morbi diebus peragi solet, quorum decursu natura id satagit, ut partes ejusmodi seligat, congregerque, quæ suo sanguinis immutandi proposito inserviant, atque etiam ut illas in carnosas corporis partes relegatas, ibidem deponat; quo facto, pristina quiete fruitur, sedato jam tumultu, qui, dum hoc ageretur, in sanguine ciebatur. Quamvis interim hic loci consentaneum fuerit subindicasse, in sanguine laxiori, atque duperakanto nonnunquam accidere, ut separationis

lasdi

figur.

CXID

deat

Tun

Din

para

poris

16 th

dica

aute

atqu

motio

As Gr

expr

teno

confe

proper to the

nis periodus sensim, atque gradatim fine infigni aliquâ ebullitione, naturæ negotium facessente, transigatur, priusquam expulsio materiæ pustularum eruptione se prodat. Mihi verò casus hujusmodi non tantum ideo placet, quòd fine ægri tædio atque molestiâ transierit, verum præcipuè, quòd æger morbi sui nondum conscius, atque adeò liberi aëris beneficio fretus, multo commodiùs (ob rationes infrà dicendas) ad materiæ secretionem paratus sit, quam si sub calido regimine constitutus, aut nescio quot Cardiacis usus fuisset.

Separatione sic, ope ebullitionis, in sanguine peractâ, expulso
jam locum obtinet, quæ per reliquum morbi tempus, mediantibus parvis illis abscessibus, in carne persicitur. Sicut enimà naturâ abscessum, suâ spetie, non
abludunt, ita parem cum aliis
cruditatis, maturationis, atque
exarescentiæ statum percurrere
solent;

folent; quæ omnia si rite, atque laudibili modo absolvant, & exequantur, in tuto res est, cum exinde curationis summa dependeat, sin minus, omnia pessum ruitura sunt. Et quidem postremum hoc negotium priori illo Separationis opere, tanto plus temporis sibi vendicat, quòd prius lillud in tenui, fluidoque corpore transigatur, atque in ipso (ut sie dicam) naturæ foco; posterius autem denso spissoque theatro, atque à vitæ fonte paulò remotiori, partes suas exequi coaat Cta fit.

His ita præmissis, indicationes exurgunt: 1. Ut æquabilis ille tenor ebullitionis in sanguine conservetur, qui neque nimis properè separationem nimià suà vi persiciat, neque tamen torpido nimis motu eandem remoretur, vel non satis idoneam præstet. 2. Ut abscessuli, pustulæve immà curà sustineantur, quo debita tempora percurrentes,

tandem contentam in se materiam omninò avehant, ipsæq; etiam evanescant.

Mil

CUIT

cree

100

mb/s

expo

ion

Ut itaque paucis de primo agamus; Sollicitè imprimis cavendum est, hoc tempore præsertim, ne nimium assurgat ebullitio, five id fiat ex congestis stragulis, five ex aëre loci, in quo decumbit æger, igne nimiùm excalfacto, five ex calidorum medicamentorum & cardiacorum usu; præcipuè verò ab his cavere oportet, si æger in ætatis flore constitutus fuerit, vel sanguinem habeat generosiori potu nimis exaltatum, vel anni tempestas, aut verna sit, aut saltem ultra æstatis initium non processerit. Hinc enim fiet, ut separatio, quæ sensim, lentisque de le gradibus peragi debebat, ut ad universalem quandam despumationem opportuniùs pergat, præcipiti cursu feratur; atque ita vell non fatis idoneus partium numerus congregetur, vel (quod forte contingat) nonnullæ partes ad po fecre--1353

naten-

etian

Caven-

alettin,

olitio,

ragulle,

Hifto.

i; pra-

secretionem damnentur, quas alias Natura illam subire noluisset, nisi quòd ultra debitos limites excurrere coacta, noxam hanc sibi creet: secretis enim illis quæ ad separationem minus opportuna sunt, aliorum illuc propendentium motus, eorum commixtione impeditur, adeoque redduntur expulsioni minus accommoda. Ausim dicere, ex hoc fonte, malorum Iliada profluxisse, nempe ex aucta nimis ebullitione in principio morbi, dum mulierculæ oblatis cardiacis (ut pulvere Gasconis, Diascordio, & id genus aliis) nihil non satagunt, ut (si Dîs placet) expellantur statim variole, ac venenum à corde removeatur. Imò famigerato illo tutissimoque ut existimant remedio (Zythogala intelligo, cui cornu Cervi cum Calendulæ floribus incoctum fuerit) non minus imprudenter utuntur: Certè enim calido hujusmodi regimine plus mali quotannis accersitur, quam ulla Medicorum pra-XI,

xi, quantumcunq; periculosam illæ arbitrentur, atq; à ratione (sual lati scilicet) abhorrentem. Mihi quidem rationi consentaneum videtur, ut quo diutiùs Natura separationem molitur, ac perficit .. dummodò ebullitio non omninco torpeat, eo certius atq; universa- 110 liùs eadem separatio absolvaturi. Atqui ex illa sic absoluta, curationis insequentis successus potissimum ut dependeat necesse est, uti ex methodo contraria, contrarius plane rei exitus: ex caliido enim isto regimine nihil bonii nascitur; sicut ex præcoci fructu. nihil frugi; cum frequenter usu veniat, ut vel in Phrenitidem & ger prono lapsu ruat; vel (quoco pio pejoris notæ est) sudores ingent ton tes oboriantur, ex quibus partes lin non secerni aptæ, neq; puris naturræ respondentes (quod ipsum talmen pus, genuina soboles est hut jusce excretionis) eliminentur vel ex cardiacis illis administration tis calidade custodia, variole nimiis

mis protrusæ in unum confluant, fœdo certè spectaculo, tristemq; eventum interminanti. Atq; hæc & ejusmodi symptomata ex his erroribus progigni solent; cum ex alterâ illâ methodo nihil unquam mali observaverim. Natura enim sibi permissa negotium fuum fuo tempore exequitur, materiamo; debito ordine ac viâ tum fecernit, tum etiam expellit, ut (in junioribus præsertim vegetisq; temperamentis) nostrâ ope, no-Aris artificiis, atq; auxiliis non indigeat, suis viribus optime in-A structa, suis opibus locuples, suo deniq; ingenio satis edocta. Neq; fanè vel ipse vidi, vel fando accepi, quenquam ex eo periisse, quòd pi, quenquam ex eo periille, quòd variola primò non eruperint; etsi nimis multi perierint, quorum variola primò laudabiliter, & cum summâ spe erumpentes, postea recidentibus pustulis præmaturè detumuerunt.

Quemadmodum autem inconfultum est, atq; periculosum cali-K 4 dioris

dioris regiminis vel Cardiacorum ope coeptam ebullitionem nimis evehere, ita è contrario non minus vacat periculo, mediantibus venæ sectione, clysteribus, emeticis, catharticis, aut refrigerantibus medicamentis eandem minuere; cum hoc pacto partium feparabilium commode fecretio plurimum impediatur. Licèt enim vulgare illud, atq; tralatitium argumentum, quo adversus phlebotomiam, aliasq; evacuationes utuntur (nempe quod non liceat à circumferentia ad centrum movere humores, cum natura in hoc morbo contrarium affectare videatur) nullarum plane virium sit; eo quòd ex earundem usu contrarius omninò effectus, subitanea scilicet variolarum eruptio, sæpissimè consequi deprehendatur: aliæ nihilominus rationes in promptu sunt, quæ vehementer luadent, ut, siquidem ullo medo vitari poffit, ab hac praxi manus abstineamus. Namq; (ut earum præ-

gozia

COECH

OHE

FEDS

世紀

Carri

præcipuas paucis attingamus) per hasce evacuationes non tantum ebullitio nimis imminuitur, cujus interim ope partes despumandæ accurate secerni debuerunt, verùm etiam illud ipfum fubducitur, quod cœptæ secretioni quasi pabulum continenter suppeditaret; unde sæpenumerò contingit, ut variolæ primum laudabili impetu erumpentes (eoq; fortassè melius, quod evacuationes jam dicta præcesserant) paulò post ex improviso quasi repercussa detumescunt, idq; ob eam potissimum causam, quod materia desit, quæ quasi à tergo præeuntem insequeretur, atque agmen clauderet.

Ex prædictis itaq; constat, e-bullitionem in morbi principio cœptam, neq; nimis evehi debere, neq; nimis minui. Verùm alia omninò res est, Medicusq; ad nova consilia redigitur, si serò nimis accersatur; postquam nempe vel cardiacis adhibitis immodicè e-bullitio evecta est, vel phlebotomia

Matio

100

mia inconsultò cele rata, vel quaivis aliâ causâ mediante, eadem de nimis deprimitur, adeog; ad se- quip cretionem impar, atque inhabilis non -redditur.

2006

trion

loca

med

ter

里 母 母 星 星 星

Quodsi itaq; primum hoc ma-Ium nobis non consciis, nondum scilicet accersitis, aliquando contigerit, sive ex ægrorum intemperantia aut calidiori temperamento, sanguis inflammatoriam diathesin nactus fuerit, sive ex astantium muliercularum aut aliorum quorumcunq; confilio, cardiacorum usus Phrenitidem invexerit, five ex Plethora circuitus sanguinis impeditus suerit, atquei totius massæ quasi strangulatus supervenerit; in his (inquam) casibus, vel secanda vena est, vell regimen imperandum, etsi non prorsus refrigerans, certe tamen nequaquam calefaciens, sive diætam respiciamus, sive medicamenta. Et quidem in angustiis hîc versatur Medicus, partim dum suo judicio satisfacere cupit, partìm

tìm dum præjudiciis aliorum undiq; cingitur, qui, siquidem ægro quippiam secus acciderit, illius mortem Medicorum temeritati acceptam referre solent. Quam ob causam, atq; etiam quòd ipse morbus admodum versatilis ingenii sit atq; incertissimi exitus, ut vel minimum errorem vix tutò admittat, Medicis quibusdam non vitio vertendam censeo suam illam five prudentiam, five astutiam (charitatem enim forte aliquis in iis desideraverit) qui statim atque erumpunt variole, ægrum nutricum curæ relinquunt. Atque pronunciare ausim illius famam in loco valdè lubrico versari, qui in medicando hoc morbo frequentèr sese exercet : quando quidèm non vulgus solummodò mortis causam satagenti nimis Medico transcribere paratum sit, verum etiam ejusdem artis Prosessores calumniandi ansam inde cupidè arripiant, atq; coram iniquis judicibus causam dicentes, severislimam

empera-

NATOTIES.

alit alion

in car-

e inve-

CUITUS

mane

of tool

120000

te dike

n did

simam sententiam facile eliciant ;; eo scilicet consilio, ut ipsi pluriss æstimentur, & super aliorum ruinis viam sibi sternant ad famam: id quod viris literatis indignumi prorsus est, imò & vilioribus artificibus, modò probitatem colant. Et sanè sæpe misertus sum præclariffimorum quorundam magniq; nominis Medicorum, qui hanc fortem non semel experti sunt, quorum fama non tantum à proletariis hominibus, & vulgi face, fed & ab aliis Medicis arrosa fuit, qui forsitan multo majori jure (siquidem in simili negotio versati fuissent) ejusmodi opprobria fuissent promeriti.

Sed ut ad rem redeamus, si venæ sectio prudentèr adhiberi nequeat, sive ob opprobrii metum, sive quòd æger vel nondum attigit ætatis suæ slorem, vel eundem præteriit; reliquum est ut jubeamus, ne servor ille, sub quo laborat, quovis modo augeatur, atq; adeò ut non alitèr in lecto cuber,

quam

igne

tente

tepe

Yena

tor.

W me

to et

mus:

900

Ome

onid deligi

किए किए कि

Dent

ton

quam sanus solebat; ut locus in quo decumbit (modò tempestas anni temperatior adsit) accenso igne non calefiat; ut cerevisiam tenuem pane tosto solum leviter tepefactam bibat; ut polentas avenaceas interdum sorbeat, & pomis coctis, aliifq; id genus vescatur. Verum non permiserim ego, ut medicamentis ullis (ne quidèm posseto cum C. C. parato) utatur. Ebullitio autem illa hoc pacto sua sponte gradatim minuetur & Tymptomata cessabunt, priusquam aliquid inde mali nascetur, modò sie tractetur æger, uti jam suasimus; dummodo sanguis non usque adeò efferus est, atq; ultra omnem modum evectus, ut ne quidem inducias ferre velit, dum hæc fiunt: Nam si ita se res habeat, profectò Medicus ad conscientiam suam potius quam incertam famam se componens, vel sanguinem emittere, vel medicamentum aliquod, non temperatum duntaxat, sed & paulo ma-219,

re (11)

11273

make (

1. 17E

neti ne

metur, s

video !

tubes \$

nlabo

1, 250

cuba

grin.

gis, aut etiam impense refrigerans, exhibere debet, vel etiam mi aëre liberiori æger refocillandus... Innumera sunt illorum exemplas qui his modis ab ipsis quasi Orcii faucibus erepti fuerunt. Nonnulli enim nutricum curam fallentes, dum Phrenitide detinerentur (miris enim artibus ejulmodi homines sæpe utuntur) atq; è lecto fugitivi aëris frigori semetipsos etiam noctu exposuerunt. Alii frigidam aliquando vel furtim, vel raptim nacti, vel precibus à nutrice emendicantes, hauserunt, adeoque felici errore salutem jam planè desperatam consecuti funt.

Unicam hic loci historiam ascribere non gravabor, quam ab eo ipso accepi, cujus res agebatur. Is nempe aliquando Bristolium profectus, juvenis adhue, inq; ipso ætatis flore, variolis ibidem correptus est, iisq; paulò postea Phrenitis accessit. Nutrix in urbem egressa, interim ægrum su-

um

MIX

CID

frech

Doh

total

COL

flati

thu

000

totac

1690

Tite

tan

men

um aliorum curæ commisit, mox nempe reditura. Verum dum paulò diutiùs moratur, ægrotus (ut astantibus visum est) interea temporis moritur. Astantes & Nome anni tempestatis, quæ servidior erat, & habitûs ægri, crassi scilicet atq; corpulenti, rationem habentes, ne fœteret cadaver, è leto sublatum, ac nudum mensæ imponunt, linteo superstrato. Nutrix tandem rediens accepto nuncio, cameram intrat tristissimo spectaculo intersutura; mox amoto linteo, vultúq; conspecto, subobscura quædam vitæ indicia conspicari sibi visa est, ac proinde statim projectum corpus in lectum reposuit, adeoq; sub manu confilium capiens, ac nescio quid satagens, ægrum suum in vitam revocavit, atq; diebus aliquot interpolitis sanum conspexit.

i frigit

13 mm

fruit,

agela agela agela biden polea polea

rpain a

Proximo autem loco si torpuerit effervescentia sanguinis, atque tam languida evaserit, ut meritò metuendum sit, ne justæ separati-

oni

oni sit impar futura, rationi consentaneum erit, ut commodis quilbusdam Cardiacis ad eandem promovendam utamur. Hæc autem eorum maxime conditio videtur, qui vel sanguinis missione mulctati fuere, vel pinguiores veil phlegmatici funt, vel qui morbo aliquo nuper attriti fuerunt, veil denique (ut reliqua omittam) qui præsenti Gonorrhæa aut alia aliquâ evacuatione laborant. His & fimilibus, nisi Cardiacorum beneficio suppetias feramus, secretico non fuccedet, adeog; nec eruption pustularum feliciter peragetur, ex quibus ægrorum interitus facile consequetur. Non quòd (mea quidèm sententia) maligni quidpiam ac venenati subsit, sed quod fanguis cœptâ mutatione sui renovationem molitus, eandem exequi nequeat: sanguis enim nunc in morbido statu positus, & intergenium pristinum, quem deponere jam parat, novumo; quem induere gestit, constitutus, cum regredi

gredi nequeat ut antiquum obtineat, neq; verò præ virium defectu progredi, magnis quasi ausis
excidit, & æger vitâ necessariò
fungitur. Neq; interim nego, in
ipso expulsionis tempore, quo secreta materia ad suppurationem
pervenit, si ex quâvis causâ soràs
intrò revocetur, eandem ægro
certam necem inferre; id quod
ob eam solam corruptelam accidit, quam ex suâ secretione sibi
acquisivit.

Tandem, ut ad secundam illam indicationem pedem promoveamus ad tempus expulsionis accommodatam; quo tempore materia separata parvorum abscessuum, sive pustularum ope amandatur: nempe illud hic agendum est, ut pustulæ debito modo sustineantur, quò ritè atq; ordine destinatam periodum assequantur.

d loca

ni quid

100 0004

仙內

day or

0000

& intel

deposit

から

Sicut itaq; suprà satis, ut opinor, ostensum est, imprimis periculosum esse, si æger præsenti febre, ac pustulis vix dum apparentibus.

110

eb

det

Pai

門一個

tel

12

mi

Pe

部

que

int

tion

Ver

這戶后是自這四

146

tibus, in ipso secretionis tempore nimium calefiat; ita etiam non minori periculo plena res est, si idem quovis morbi tempore fiat, atque illo præsertim quod ad expulfionis initium vergit, crudis adhuc existentibus pustulis: quamvis enim sanguis peractâ jam separatione, atq; relegata ad carnosas partes materia, ab intestino illo tumultu magnam partem immunis sit; interim tamen tener adhuc, recensque, ac vix novo statu, & quasi texturâ indutus, ουπαθής est, facileq; vi caloris immodici undecunq; appellentis, afficitur, atq; adeò levissimo momento irritatus flammam concipit, & in novam ebullitionem proclivis est; quæ quidem nova ebullitio non, uti prior illa, separationem jam molitur(illam quippe peractam supponimus) verum illius loco non tantum symptomata superius memorata excitat, sed & cæptam per pultulas expullionem interturbat, & contentam mate170re

100

Eli. fr

能批

81 CH-

cours

tus:

ti an

0 021-

tellino

自通

tepen

novo

艦、

alli-

H. SF

DE TOUR

COBO

100%

きっき

materiam exagitando noxam parit. Vel itaq; partes jam secretæ, atq; in corporis "En depositæ, vehementi illo rapidoq; fanguinis ebullientis cursu abreptæ, in ejusdem massam resorbentur; vel partes carnofæ ultra gradum fuppurationi debitum excalfactæ, minus commode illam exequentur; vel deniq; fortaffis obortà hac novâ ægritudine, sanguinis œconomia, ipsarumque carnium tonus pervertitur, usq; adeò ut materiam illam expulsam vincere, eamque solenni more abscessium coquere nequeat.

Interim non usq; adeò nos illuc intentos esse oportet, quò ebullitionem nimiam in sanguine prævertamus, ut ægrum frigoris injuriis exponendo, pustularum eruptio impediatur. Gradus ille caloris ad harum expulsionem promovendam accommodatissimus, naturalis sit oportet, atq; ejusmodi quæ carnosarum partium temperiei conveniat; quiq; hune

L 2

excedit, aut ab eodem deficit u-

trinque periculosus est.

Ex dictis itaq; satis manifestum videtur, in quam incerto lubricoq; sit loco, tum morbus ille de quo loquimur, tum praxis medica, quæ eidem accommodanda eft. Quinetiam patet, Medicorum negotium in angusto versari; ut minus mirum sit, si Nutricibus, per se nimium plerung; officiosis & satagentibus, res malè sæpenumerò succedat. Nempe res ardua est, & quæ muliercularum ingenium atq; judicium superat, gradum caloris huc requisiti definire, præsertim cum anni tempestas, ægrorum ætas, & vitæ ratio, aliaq; huc spectantia simul penfanda veniant, id quod prudentem profectò atq; sagacem Medicum omnind postulat.

Quòd si autem in hoc morbi tempore vel faciendo quicquam, vel omittendo, sanguis ad ebullitionem denuò concitatus suerit, opus est ut servor ille consopiatur

iisdem

南州 明 明 明

糖

In

6

age.

vir

Dia

iisdem artibus, quas jam antea diximus in tempore separationis adhibendas esse.

at the

telun

10 08

medi-

odanda

ledico-

refini;

iches,

Eciols

zpepu-

5 2Fd11

ige

213.

1

timpsgratio

E contrario si contigerit, ut, vel phlebotomia minus opportune ce-Îebratâ, vel admisso frigore, pustulæ resederint, & materia recedente fluxus alvi supervenerit (nam residentibus illis absque alvi fluxu, non adeò res periculi plena est, cum vel noctis unius spatio sæpe denuò erumpant pleniùs) in hoc (inquam) casu Cardiacis utendum est. Sed cavendum tamen, ne in his exhibendis nimii simus: quamvis enim sanguinem ademeris, fieri tamen potest, ut virium inde jacturam metuens, adeog; Cardiacis aut fortioribus, aut sæpiùs repetitis utens, novam ebullitionem ex improviso suscites. Nimirum sanguis adhuc tenerior est, & vim calidioris stimuli facile sentit; unde fit ut sæpe repetitæ ebullitiones in eodem excitentur, quibus ægrorum mors majori jure tribuenda est, quam L 3

· SIG

De Variolis.

prægressæ venæ sectioni.

Si Ptyalismus in hoc morbo supervenerit (quod sæpe in adustis post calidius regimen, & Cardiaca, contingere cernitur) bona omnia sperare licet. Certè plerique ita malè tractati, huic symptomati falutem suam acceptam referunt. Morbus enim à viâ naturali, quâ se expurgare tentaverat, digressus, novam hanc molitur, per salivationem scilicet; proindeg; dehinc minus de pustulis curandum est, sed spectanda potissimum est expuitio, conandumque ut quam laudabili more succedat. Cavendum etiam, ne Ptyalismum hunc quovis modo impedias aut interturbes. Quamobrem à gargarismis, sub quocunq; prætextu, abstineatur; quorum ulu mortem aliquando illatam observavi, dum sputum alias exiturum inhiberent. Solum hic cerevisiam tenuem leviter calfactam admiserim, quâ, si opus fuerit, ægrorum ora abluantur. and in and incina

Pustu-

praf

les.

€ala

Pall

DICE

100

gilli

ægn

fort

trac

trot

den

NT I

Den

fine

da.

ink

bos

lehi

ME

00,

100

80

加

Pustulis exarescentibus, ac deciduis, æger sedulò purgandus est, præsertim post variolas Autumnales.

mole-

Assistantian Cardian

5000

e pleti-

in from-

(ception)

TE M

-Silkins

e moli-

1; 010-

mfuls

d1 100

cum-

e lite

elin-

impt-

able.

日海海日

Nunc verò ut vestigia jam calcata repetam; Rem totam sic paucis expedio. Si filius meus unicus (cujus ego salutem ac vitam vel ipsis Indiarum opibus longissimè præpono) ex hoc morbo ægrotaret, hoc ferè modo, nisi forte quidpiam insolens, atq; extra ordinem interveniret, eundem tractari juberem. Et primò quidem illum non decumbere paterer antequam pustulæ prodirent. Dein illis jam apparentibus, non finerem ut intensiori caloris gradu, vel adjectis pluribus stragulis in lecto decumberet, quam quibus in prosperâ valetudine uti so-, lebat, accenso interim, non nisi hyeme incumbente ipfi usitato foco, sed non nimis luculento. Porrò nollem, ut brachia semper stragulis accurate cooperta detineret, aut in eodem loco semper jaceret, nempe L 4

nempe ne sudores copiosius erumperent, quos ego tum rationibuss jam suprà allatis, tum ipsâ experientia fretus, fidenter affirmo nom absque ingenti periculo (præfertim in adolescentibus) accidere posse. Vellem itaq; ut liber in lecto jaceret, locumq; subinde commutaret.

CE

COB

geno

qui

lto

mi

Cer

di

ter

and a

品 原 四 四 四 四 四

Ad diætam quod attinet, non impedirem, quo minus tenuiorem cerevisiam, tosto pane pau-Iulum tepefactam, interdum biberet, quem nonnunquam etiam degustaret pro suo arbitrio. Uteretur etiam jusculis avenaceis aliisq; quæ neq; frigoris neq; caloris vim aliquam egregiam obtinent, aut ventriculo concocturo molestiam exhibent. Quinetiam vulgarem illam, rusticamq; diætam non admodum improbarem, nempe ut lacte cum pomo cocto & contuso vesceretur; modò cautum sit, ut eo per vices utatur, & modicè, dempto etiam lastis frigore. Atque hac funt omnino quæ

quæ in hoc morbo fieri imperarem, donec decurso stadio jam declinaret, ægrumque purgationi

opportunum sisteret.

semme

ionibus

ed tope-

1000000

prakr.

accidere

et in lea

de com-

ect, Book

(enalo-

ne pall-

am bi-

o cian

Ute

Verum objiciet aliquis fortasse, quorsum itaque tot verba de hâc re facta sunt, quandoquidem duabus voculis totum negotium confici poterat, nempe Nihil agendum? Cui sic respondeo, Me quidèm non illibenter hoc molesto opere supersedere potuisse, nisi quòd sententiam meam hactenus expositam inter duas, easque diversas & oppositas medendi rationes, quarum utraque pari fere imperio inter mortales potita est, collocatam repererim; tum eorum videlicet, qui venæ sectionem tanquam necessariam imperant, & subinde medicamentis etiam refrigerantibus, ad reprimendam sanguinis ebullitionem nimiam uti solent; tum aliorum, qui Cardiacorum usum vehementer inculcant, & calefacientis regiminis: nimirum naturam

ram (ut opinantur) ducem secutii, ka dum morbi malignitatem à centro corporis ad ejusdem peripheriam protrudere nituntur. Sed no profectò sententiam nudam nullisq; rationum fulcris subnixam im medium protulisse, nimis absurdum videbatur ; sicut è contrario animi mei sensa dissimulasse parum in se probitatis habere existimabam, cùm persuasissimus sim, ingentem hominum vim ob utramq; praxim (prout illæ dudum obtinuerunt) interemptam fuisse. Interim lubens fateor (idque in præcedenti tractatu probâsse satis mihi videor) in hoc morbo nonnunquam exquisitissimam seduli, ac prudentis Medici operam requiri, qui pro re natâ tùm hùc tùm illuc inclinando, & quasi scenæ inserviendo naturæ negotium adjuvet : quanquam hoc ipfum non alibi forfitan fuerit necessarium, quam ubi cura morbi ex ejusdem naturæ manibus quasi erepta pridem suit, ægerq; ma-

top

曲

DE

lè atq; imperite tractatus, Medico nondum consulto, aut accersito.

Unicam hanc annotatiunculam, ne quis forte sinistra interpretatione mentem meam detorqueat, aut eam saltem non satis assequatur, postremo loco subjungam. In præcedenti nempe Diatribâ, Nature nomine sæpius utor, illiq; varios effectus attribuo, perinde win, quasi rem aliquam singularem & feorsim subsistentem, sed per totam hanc mundi machinam ubiqs diffusam sub hoc titulo mihi repræsentarem, quæ ratione aliquâ & confilio freta corpora quævis regeret ac moderaretur: quale quidpiam de Mundi Animà nonnulli Philosophorum cogitaffe videntur. Verum ad me quod attinet, utì nec rerum, ita nec verborum novitatem affecto; adeoque antiquam quidem vocem, sed sensu (ni fallor) & sobrio, & à sanis omnibus non intellecto solum, verum etiam usitato, in hisce pagellis usurpavi. Ego enim quoties Natu-

a pro- e

Medici

te min

ator

Naturam nomino, toties causarums naturalium complexum quendam fignificari volo; quæ quidem causæ brutæ licèt, atq; omni consilico destitutæ, non tamen sine summoo dat confilio reguntur, dum suas quæ-que operationes edunt, suosq; effectus exequuntur. Nimirum supremum illud Numen cujus vii producta sunt omnia, & à cujuss nutu dependent, infinitâ suâ sapientia sic disponit omnia, ut adl opera destinata se certo quodami ordine atque methodo accingant, neque frustrà quicquam molita, neque nisi quod optimum est, ac: toti Rerum Fabricæ, suisq; privatis naturis maxime accommodum, exequentia: perinde atque automata non pro suo, sed artificis confilio moventur.

n

Nata-

gellis gaupavi. Ego crem quo

Monita ad Lectorem.

debuisse pag. 66. immediate post verba, inferre videbar.
Quando verò post sufficientem sanguinis missionem symptomata remisère, ægerq; ab hoc affectu magnam partem levatus videtur,
Catharticum quoddam ex lenientibus est exhibendum: secus enim periculum est, ne Pleuritis, cum suffu natura admodum sit recidua, iterum recrudescat.

23 002

olg; el

um (s

DO 1

0010

in facili

11 10

uodia

nolita di, ac

2. Integra illa Paragraphe quæ in pag. 78. incipit his verbis Atq; hæc sunt, transferrenda est in pag. 85. & inserenda post hæc verba iri consido.

ERRATA.

Pag. 1. l. 13. l. sit. p. 6. l. 3. l. quamvis. p. 29. l. 13. l. fortiora. p. 31. l. 10. l. apparatui. p. 97. l. 2. l. primum invaserit. pag. 104. l. 14. l. his.

Theita ad Levis em. Bounday of Lotter inferi dibuine pay, of, immehave note verba, in ferre videbar. periculum eft, no Plemitis, cum the metera admodern litercoiduas have funt, it and errecoda cit in pag. 85. 86 inferenda polit ha o verba era conficto. ERRATA. Mg. II Light Life, p. 6. Lgill. quantitie, p. doll. 13. A. fornioral p. g. A. to. h apparatus p. 97. La. I. primum mysleris. pag. real Land por

